 ones eius q̄ sicut in diffōne passionū anime
 ponitur mā vel corpus vt patet p̄ habita ita
 oportet q̄ in diffōne aiē hoc ponat sed oē illud
 in cuius diffōne ponit corpus & materia scdm
 quod huiusmodi est de p̄sideratiōe phisici ergo
 zc. s̄o hoc idē patet p̄ illd q̄ in sentētiando tan
 gebatur nā si opationes & passiones anime non
 sunt ei pprie sed aliquo mō cōicantur corpori
 oī aiā esse actum corporis pp q̄ oī ipaz esse
 de p̄sideratione phisici. Notā et quod for
 te ait phisicū p̄siderare de oī aiā aut de aiā hu
 iusmodi pp intelligētias & motores appropri
 atos celoꝝ qui secundum vnū modū accipiendi
 dicuntur eozū anie s̄z cū huiusmodi motores
 quia non moti mouent non sint de p̄sideratiōe
 phisica scdm sabām dictum est quod spectat

ad phisicum phiderare de oī aīa si oīs anīa sit
actus corporis & si nō habeat proprias opatio
nes & passiones scdm quas nō vtatur. corpore
aut si omnis anima non est talis quia anime
celorum pprie non sunt tales cū ipse itelligat
sine fantasmate & nō sint pprie actus corporis
nec pīngantur ei scdm esse s; solum secundum
opationem spectabit ad phisicū nō phiderare
de omni anima quocūq; mō sed de omni aīa
que est huiusmodi. i. que est actus corporis & que
nō habet opationes & passiones scdm quas nō
vtatur corpore. Deinde cū dicit differēter
autem ostenso animaz esse de cōsideratione nā
lis declarat quanta difficultas sit circa diffi
nitiones naturales vt ex hoc manifeste habea
tur q̄ circa animā & quod circa quocūq; aliū
phideratū a naturali vt est quid diffinibile est
maxime difficultas ad cuius euidentiā scien
dum q̄ manifeste apparet maximā difficulta
tem esse in diffinitionibus naturalibus si phi
deretur quomodo differēter diffiniūt dialeti
cus & naturalis duo autē facit quia primo dat
differentiā iter modū diffiniēdi logicū & nālez
secūdo ex his que dixerat seperat nālem phisi
cum ab artificibus aliis. ibi aut non est aliq̄s
qui circa passiones &c. circa primū tria facit qz
primo ponit differentiā iter diffinitiones natu
rales & logicas secūdo ex his que dixerat pro
bat diffinitiones naturales esse magis ppletas
quam logicas. tertio distinguit diuersa genera
diffinitionum vt ostendat. q̄ illaz sit nālis & q̄ nō
sit nālis. secūda ibi ratio quidez tertia ibi sicut
domus ratio: dicit ergo q̄ differēter diffini
et dialeticus & phisicus vnūquodq; ipozuz vt
si diffinienda est ira quid est hic quiddez enīz
s. dialeticus dicit eam esse appetitū recontri
stionis aut aliquid huiusmodi vt appetitū per
mutationis ille autem. s. naturalis dicit iram
esse feruorē sanguinis aut esse motuz calidi san
guinis circa cor quorum aut idest de numero
quorum sic diffiniētium alius quidez assignat
materiaz vt phisicus alius vero spēm & rati
onem vt dialeticus. Notandum autem di
aleticus magis esse artificem rationalem phis
icum vero magis esse realem ideo phisicus
magis considerat formam & vt habet esse rea
le & vt habet esse in materia dialeticus vero
eo quod sit artifex magis rationalis potest dif
finire accipiēdo solum rationem & formam.
absq; eo q̄ in suis diffinitionibus accipiat ma
teriam. Deinde cum dicit ratio quidem
enīz hic ostendit diffinitiones naturales esse
magis completas quam dyaleticas dicens
quod hec ratio seu hec intentio vt habet litte
ra cōmenti seu. b. quidditas exprimenda per
diffinitionem est species rei idest forma que ha
bet esse in re & in materia necesse est autez hāc
formaz si erit. i. si. existit esse in mā huiusmodi
idest in materia reali et sibi proportionata et
quia sicut aliquid habet esse sic. habet. cogno

sci et diffiniri si ratio danda est de forma que
habet esse in re & in materia nunquam erit
perfecta et completa nisi ibi ponatur ipsa.
materia. Notandum; ergo magis complete
diffinire phisicum. quam dyale. cum ipse in diffi
nitionibus rerum materialium & formarum
exientium in materia ponat ipam materiam
q̄ non facit dyaleticus qui solum considerat ra
tionem & formaz & quia difficile est diffinire a
liquid perfecte & complete ex ipa differentia
que est inter dyaleticum & phisicum patet dif
ficultatem esse magnā circa diffinitiones phi
sicas. Deinde cum dicit sicut domus ratio
distinguit diuersa genera diffinitionum vt se
paret diffinitiones naturales ab aliis vel vt
ostendat que illarum diffinitionum sint natu
rales & quomodo diffiniendū est aliquid natura
liter duo ergo facit quia primo tangit tria ge
nera diffinitionum siue tres modos diffiniē
di secūdo ostendit duos illorum modorum
esse naturales alium vero non esse naturales
ibi que igitur naturalis dicit ergo q̄ vna diffi
nitio domus est quidem ratio ponens solum
formaz vt quia est operimentuz phibens cor
ruptiones a ventis imbribus & caumatib; hec
autem idest alia diffinitio dicit solaz materiā
vt cum dicitur domus est lapides lateres et
ligna. alia vero est tertia diffinitio que dicit
speciem idest formam in his idest in tali mate
ria propter illa idest propter talem finem et
hec est diffinitio completa comprehendens
magis complete que sunt. de ratione diffiniē
ti. Notandum autem esse modum phi qd
illam diffinitionem appellat formalem que ē
demonstrationis principium & que imponit
necessitatem aliis. illam vero appellat mate
rialem que est demonstrationis conclusio et
cui imponitur necessitas cum ergo finis impo
nat necessitatem efficienti efficiens forme &
forma materie diffinitio data per finem vel
per efficientem vel per formam dicitur forma
lis respectu diffinitionis date per materiam
philosophus ergo in loquendo de diffinitioni
bus non distinguit inter finem & formam sed
ipsam diffinitionem datam per finem appel
lat formalem imo si bene considerantur pre
tacta diffinitio data per finem est magis for
malis quam aliqua alia quia finis est causa
causarum & finis imponit necessitatem om
nibus aliis. Notandum etiā qd ex hoc ma
nifeste patet quod hec diffinitio ire q̄ est apertū
recontristationis & hec domus diffinitio
q̄ est cooperitū phibens corrupōez a ventis
imbribus & caumatibus est diffinitio formalis
naz s; iratus finalit intendat punire & recontri
stari parupendentē & s; hic sit. finis domus. s.
prohibere corruptiones a ventis & imbribus
nihilominus tamen he diffinitōes formales
sunt qz diffinitiones date per finem formales
dici debent vt ē per habita manifestū. De

inde cum dicit que igitur naturalis distinctis modis diffiniendi iustigat que illarum diffinitio nuz sunt naturales dicens que igitur harum diffinitionum est naturalis vtz diffinitio que est circa materia ignozas aut rōnem et formam aut est naturalis diffinitio illa que est solum circa rōnem et formā aut magis debet dici naturalis diffinitio que est vtriusq; et subdit quod illoz autem quis est naturalis et ait qd vterq;. Notandū at qd cum tres sunt modi assignati diffiniendi vterq; modus. i. duo illoz modoz sunt naturales. tertius vero est inaturalis naz diffinitio ponens formaz solā nō est naturalis s; diffinitio ponēs materiā et illa que inuit vtrūq; vt materiā et formā naturales sunt. Notandū etiā qd licet due diffinitiones sint nales vt illa que ponit materiā et que ponit vtrūq; magis ē tamen naturalis. ponēs vtrūq; quaz ponens mām tantum eo quod materia non fit natura nisi per pationem ad formā vt pbat scdo phisicorum. Notandū ēt philosophū omnia hec adducere. vt oñdat quanta difficultas sit circa p̄siderationē anime et circa passionē eius put talia sunt diffinibilia naturalē eo qd diffinitiones talium quanto magis complete sunt tanto magis naturales iudicantur.

Deinde cum dicit aut nō ē. aliquis: ex his que dixerat dat differentiā inter phisicū et alios artifices et qz huiusmodi differentia hic quasi incidentaliter adducitur ideo tria facit. quia primo ponit huiusmodi differentiam secūdo quia quasi digressionem fecerat a proposito redit ad principale intentum ostendens quales sunt passionē anime considerate a naturali et quomodo habeant diffiniri tertio continuat se ad tractatum et ad partem executiuam ostendens qualiter de anima sit tractandum et exequendum. Secunda ibi sed redeundū est Tertia ibi Intendentes autem circa primuz duo facit quia primo ostendit que pertinet ad phisicū. et artificiales alios ibi circa quascūq; autem. dicit ergo at vero non est aliquis circa passionē materie non seperabiles neq; in quantum sunt seperabiles supple nisi phisicus sed phisicus est circa omnes passionē et quecunq; opera et passionē sunt talis corporis. i. naturalis et materie huiusmodi que est scilicet naturalis. Deinde cum dicit circa quascūq; autem ex his que dixerat seperat phisicū ab aliis artificibus circa quod duo facit phisicus quia primo seperat phisicū ab artificibus praticis secūdo a speculatiuis vt a mathe. et diuino ibi non seperabilium. quidem dicit ergo qd artifex qui est circa quascūq; passionē que non sunt huiusmodi idest que non sunt corporis naturalis vt naturalis est alius a phisico vt artifex praticus vt instructor aut medicus si contingat ipsum considerare de quibusdam passionibus corporis naturalis quia cōsiderat

de eis non vt naturales sunt. oportet tales artifices differre a phō naturali. Deinde cū dicit non seperabilium quid seperat phisicū a mathe. et a diuino dicens quod passionē qdem de numero non seperabiliuz in quantum non sunt talis corporis. i. in quantum non sunt in tali corpore nali sed vt ex restrictione idest vt per cōsiderationē restringuntur vel vt habz alta littera ex remotione idest vt remouentur et abstrahuntur a tali materia illas passionē vel illas res. cōsiderat mathe. sed res que sūt seperate et scōz qd sunt seperate p̄siderat primū phis. Differt ergo naturalis a mathe. et a primo phō quia primus phis cōsiderat seperata et vt sunt seperata mathe. vero licet non cōsideret sepata p̄siderat tñ ea vt sūt sepata phicū vō n̄ p̄siderat sepata. nec vt sūt sepata. Notandū ergo qd sicut duo tetigerat de phisico vide licet qd cōsiderat passionē naturales vt sunt corporis naturalis et qd p̄siderat talia vt nō sūt seperata ita p̄ hec duo differt ab aliis artificibus. rōne enim inseparabilitatis differt phisicū a mathe. et diuino sed rōne naturalitatis differt ab artificibus praticis vt ab edificatōe et medico et maxime a cirugico quia tales cōsiderant in corpore naturali aliqua non nalia s; per artem inducta. Notandū ēt qd vt cōiter ponitur istud additum per quod seperat phisicū ab aliis artificibus nō est omnino extra ppositū nā euz fecisset mentionē de diuersis modis diffiniendi. qz scdm diuersos modos. diffiniendi sumitur diuersitas artificū pgruū fuit post illos diffinitiuos modos dare differentiam inter ipsos artifices. et inter ipsas scias.

Deinde cum dicit sed redeundū qz quodaz modo digressionē fecerat redit ad ppositum dicens qd redeundū est vnde venit sermo dicebamus autem qd passionē anime nō seperabiles a phisica. i. a naturali materia animaliu in quantum tales existunt sunt furor amor timor gaudiū et cetera. talia que non sunt sicut linea et planum. i. superficies que habent p̄siderari et diffiniri sine mā p̄sibili. S; h̄i passioēs aīe et ēt ipa ania cuius sunt tales passionē diffiniri habet per ipm corpus et p̄ materiā nalem

Deinde cū dicit intendentes autē p̄tinet se ad tractatum. et p̄tem executiuā ostendendū p̄tinet de anima sit tractandū et exequendū p̄tinet qd intendentes aut de anima necesse est dubitātes esse de bene dubitabilib; de quibus debet in disputationibus habundare et oportet nos esse pertrāsentes opinionē prioz. i. antiquoz et p̄phendere. i. apprehēdere dicta quibuscūq; aliquid de ipa aīa annunciarūt et h. debem; facere. vt antiquoz quidē bene dicta accipiam; .i. accepte. Si vō aliquid nō sit ab eis bñ dcm vereamur. i. timeamus accipe et acceptare illd.

Incipiū autē qōnis et c. finito p̄hemio p̄ hic ponit tractatus vel pars executia in q̄ sm modū p̄paratū i p̄hemio p̄tinet

de 12.
de 12.
lec. 6.

exequit de anima secundum opinionem alio-
rum secundo exequitur de ea secundum opinio-
nem propriam secunda pars incipit in principio
secundi libri ibi que quidem a prioribus circa
primum duo facit qz primo exequitur de anima
secundum opinionem aliorum quantum ad totam
animam secundo exequit de anima secundum
opinionem aliorum quantum ad partes eius
secunda pars incipit circa finem huius primi
libri ibi quoniam autem cognoscere anime est
et sentire etc. circa primum duo facit qz primo
continuat se ad dicenda secundo exequitur de
intento ibi dicunt enim quidam dicit ergo qd
principium autem questionis idest inquisitionis
de anima est opponere idest pponere illa que
maxime videntur in esse ipsi anime secundum
naturam hec autem sunt duo ideo sequitur qd
animatum igitur ab inanimato in duobus ma-
xime videtur differre videlicet motu et sensu et
subdit quod si fere duo de anima accepimus a
pgenitoribus nostris videlicet quod inuestiga-
uerunt ipsam motu et sensu. Notandum autem
quod quelibet res est inquirenda et inuestigan-
da per sibi propria igitur si volumus inquirere
et inuestigare de anima principium huius inq-
sitionis debet esse per ea que insunt ipsi anime
et que sunt ei propria secundum naturam. No-
tandum etiam quod illa sunt propria alicui p
que illud differt ab alijs illa ergo erunt propria
anime per que animatum differt ab inanima-
to hec autem sunt duo motus et sensus quoniam. n. vide-
mus qd aliquid mouet se et qd sentit iudicamus
ipsum animatum esse inuestiganda. est ergo anima
per motum et sensum vel inuestiganda est per
hoc qd est causa motus et causa sensus. Deinde
cum dicit dicunt enim quidam exequit de in-
tento circa qd duo facit qz primo narrat opinio-
nes aliorum circa animam secundo eas reprobat
ibi considerandum autem primum ad euidenti-
am autem prime partis sciendum qd pgenito-
res nostri et antiqui philosophi de anima tractantes
quidam conati sunt inuestigare animam mo-
tu quidam cognitione et sensu quidam vero utro-
que modo. tria ergo facit. nam primo narrat
opinionem antiquorum de anima inuestigantium
animam motu. secundo narrat opinionem in-
uestigantium eam cognitione et sensu tertio nar-
rat opinionem inuestigantium ipsam utroque
modo. secunda ibi quicunqz autem ad cognos-
cere. tertia ibi quoniam autem et motuum. Rur-
sus autem ad euidentiā prime partis sciendum
qd secundum opinionem antiquorum idem est inuestigare animam
ex eo qd est mouens vel ex eo qd est principium mouen-
di et inuestigare ipsam ex eo qd est quid mobile vel
ex eo qd mouet credebant. n. antiqui qd nihil moue-
ret nisi moueret. duo ergo facit qz primo ait qd
antiqui inuestigantes animam per viam motus dicebant ipsam
esse aliquid qd mouebat et qd mouebat se narrat et
adducit varias opiniones antiquorum inuestigantium
animam per viam motus ibi unde democritus dicit ergo

quod antiqui quidem. n. et maxime et primo di-
cunt animam esse id quod est mouens existiman-
tes autem qd id quod non mouet non contingit ip-
sum mouere et qz sic est sic arbitrati sunt antiqui
animam esse alterum aliquid eorum que mouen-
tur. Dubitaret forte aliquis utrum hoc sit
verum qd nihil mouet nisi moueat dicendum
qd non omne mouens moueri duplici via ve-
nari possumus prima via sumit ex eo qd non prin-
git abire in infinitum scda sumitur ex eo qd illud
qd est per accidens seperatur et contingit non
esse prima via sic patet. nam ut probatur in. vii
philosophorum omne qd mouet ab alio mouetur si
ergo hoc mouens mouet. mouebitur ab alio
et qz non est abire in infinitum oportet deuen-
re ad aliquod mouens in mobile secunda via
sic patet nam motus per se non est in mouente
sed in moto sicut enim fractio non est in frange-
te sed in fracto et sicut alteratio per se non est in
alterante sed in alterato sic vniuersaliter mo-
tus non est in mouente. sed in moto. Acci-
dit itaqz mouenti. unde mouens est qd in eo sit
motus et qz qd est per accidens seperat et con-
tingit non esse contingit qd reperiat motor in quo
non erit motus et per consequens qd non mouebit
non ergo bene opinabantur. antiqui dicentes ani-
mam esse aliquid qd mouetur eo qd non contingit
aliquid mouere nisi moueatur ipsum nec est vni-
uersaliter verum qd omne mouens moueatur
et si contingit animam moueri moto corpore hoc
est per accidens non per se. Deinde cum dicit
unde democritus narrat varias opiniones an-
tiquorum inuestigantium animam per viam
motus circa qd quattuor facit secundum quod
quattuor tales opiniones. narrat nam primo
narrat opinionem democriti secundo opinionem
leucipi tertio opinionem pictag. quarto narrat
opinionem anax. sa ibi similiter autem leucipus
tertia ibi videt autem et a pictagoricis. quar-
ta ibi similiter autem et anaxagoras dicit ergo
qd democritus dicit ipsam animam esse quedam
ignem aut esse quendam calorem igneum nam
existentibus infinitis figuris et atomis demo-
critus dicit animam esse ignem idest esse atomos
vel decisiones igneas que decisiones sunt
speciei rotunde dicebat enim democritus animam
componi ex atomis qui erant nature ignee et
erant figure rotunde. nam ut in aere apparet
quidam sunt corpora parua mota que parua corpo-
ra propter sui paruitatem vocantur decisiones que
decisiones videntur in radijs per portas de nūe-
ro quarum decisionum dixit democritus esse
omne semen et esse eia idest principia totius
nature. Notandum autem quod cum su-
mus extra ad lunam qz disgregat visus noster non
possumus videre has decisiones nec hos atomos
propter sui paruitatem sed cum sumus in domo et per portas
vel fenestras intrant solares radij tunc in illis radijs
apparent he decisiones et hijs atomis quas de-
cisiones dicebat democritus esse omne semen

1
et vniuersale semen et vniuersalia principia totius nature id est omnium rerum naturalium

Dubitaret forte aliquis quare democritus posuit hos atomos et has decisiones esse vniuersalia principia totius nature dicendum quod de hoc in libro de generatione diffusius diximus sed quantum ad presens spectat antiqui philosophi nesciuerunt resolvere corpora in materiam et formam et non potuerunt ad hoc pertinere ut cognoscerent quod principia nature essent nec erant materia et forma sed omnes posuerunt huiusmodi principia esse aliquod corpus vel aliqua corpora nam aliqui principium omnium dixerunt esse aerem aliqui aquam et sic de alijs hoc visio dicamus quod duo sunt ratione principij simplicitas et virtuositas sunt enim principia simplicia quia ad ea stat resolutio aliorum et sunt virtuosia quia ex eis fiunt alia et virtus eorum se extendit ad alia cum ergo huiusmodi decisiones et huiusmodi atomi sint corpora valde parua et videantur esse valde virtuosia eo quod continue moueantur si principia rerum naturalium debentur ponere quod sint corpora aliquam apparentiam habebat positio democriti quod huiusmodi corpora parua essent principia aliorum vltimus forte dubitaret aliquis quare democritus possint animas componi ex atomis non quibuscumque sed ex atomis qui erant nature ignee. dicendum quod ignis inter omnia alia elementa est maxime actiuus et est formalior ceteris elementis et quia anima habet rationem forme et habet rationem motui et actui respectu corporis si ex aliquibus atomis debebat componi anima digna erat quod componeret ex atomis actiuibus et formalioribus cuiusmodi sunt atomi nature ignee.

Rursum aduertendum est quod cum ab anima habeat esse vita et vita consistat in calido dixit democritus ipsam quidem animam esse ignem quoddam aut calorem. id est esse ignem aut igneam. Vltimus forte dubitaret aliquis quod democritus posuit animam esse ex atomis rotundis videtur enim quod potius debuit ea ponere ex atomis pyramidalibus quia pyramis propter acumen videtur magis habilis ad motum quam figura rotunda accutum enim bene scindit medium et per consequens videtur bene mobile dicendum quod si per motum debemus inuestigare animam oportet quod hoc fiat per motum qui sit sibi congruus. motus autem factus ab anima est ad omnem differentiam positionis figura ergo angularis quia non est habilis ut moueatur secundum omnem differentiam situs ex atomo figure pyramidalis vel cuiuscumque figure habent angulos nisi posuit democritus componi animam sed ex atomis rotundis aptis natis moueri ad omnem differentiam situs. Deinde cum dicit similiter autem leucippus narrat opinionem leucippi circa quod duo facit quod primo facit quod dictus est secundo quod dixerat ma-

nifestat per signum ibi Unde et viuendi dicit ergo quod similiter leucippus dicebat animam esse spherica corpora de numero horum corporum indiuisibilia propter id quod talia corpora que sunt huiusmodi figure spherice maxime possunt penetrare per omne. id est per omnes differentiam positionis et mouere reliqua corpora cum moueantur et ipsa huiusmodi ergo philosophi ponebant animam componi ex talibus corporibus mouentibus quod erant arbitantes animam esse efficiens motum in animalibus. Notandum autem democritum et leucippum fuisse sortios et collegas unde quod dicebat vnus dicebat et alius arbitantes ergo erant ambo similiter quia similem opinionem habebant. Notandum etiam opinionem democriti et leucippi in hoc consistere quod cum anima sit efficiens motum in animalibus et huiusmodi motus sit ad omnem differentiam situs dignus est aiaz propter id quod atomis rotundis que possunt per omne penetrare et moueri ad omnem differentiam situs. Notandum est quod huiusmodi atomi et huiusmodi corpora rotunda dicuntur mouere reliqua corpora cum moueantur et ipsa quod ut tactum est crediderunt aliqui philosophi nihil mouere aliud nisi moueant et ipsum. Deinde cum dicit unde et viuendi quod dixerat manifestat per signum ostendit. n. quomodo democritus et leucippus declarabant per quodam signum quod anima erat ex atomis constituta dicens unde et videndi terminum dicunt esse respirationem nam ipso corpore aereo quod pertinet. huiusmodi corpora indiuisibilia perstrigente huiusmodi corpora et extendente. id est exterius emittente figuras prebentes animalibus motum ex eo quod nullatenus non est ipsas figuras vel ipsos atomos gescere ideo dicebant auxilium fieri de foris ingredientibus alijs huiusmodi atomis in respirando dicebant n. prohibere has figuras vel hos atomos que sunt in aialibus disgregari nam genus atomorum per respirationem ingrediens est simul prohibere et perstrigens et comprimens alios atomos non permittens eos disgregari unde dicebant aialia tandem uiuere quoadiu per hoc facere. Notandum autem intentionem huiusmodi in hoc consistere quod quod atomi ex quibus componitur anima nullo modo gescant sed sunt valde mobiles et nisi comprimere statim discederent ab iuce et dissolueretur anima id posuit democritus quod aliter respiratione quod aer exterior continens huiusmodi atomos cum attrahit per respirationem extendit et imittit alios atomos exteriores qui comprimunt atomos ex quibus componitur anima ne dissoluantur et sic permittunt vitam quod tandem uiuit. aliter quoadiu potest respirare et quoadiu potest hoc auxilium facere ergo auxilium fit de foris quod atomi existentes exterius et de foris cum per respirationem ingrediuntur interius auxiliatur aliter ut permittunt in vita et quod sic est. signum est quod anima que dat vitam animali sit composita ex atomis cum per atomos permittunt huiusmodi vitam. Notandum etiam quod ubi nos habemus auxilium fieri de foris alia littera habet auxilium

fi 21

fieri celitus quod forte dictum aludis ponitur
pictag. quē in aliquo secuti sūt democritus & leu-
cippus dicitur enim posuisse pictagoras celū
esse magnum alias. per cuius hiatum & respi-
rationem attrahitur iste aer sic plenus atho-
mos. & qz per athomos in hoc aere exites au-
xiliantur alia vt prouentur in uita. Dicit
huiusmodi auxiliū fieri celitus. Dubitaret
forte aliquis quomō athomi exteriores qui sūt
de foris auxiliant nos & faciunt ad prouatōez
uite. dicēdū q sequendo opinionē democriti &
ponēdo animā pponi ex athomis in respirādo
& attrahendo aerē exteriorē plenū athomis
vt pmentator inuit super hunc locum triplex
auxiliū psequimur primū est q athomi ex q
bus componitur. anima eo q sint nature ignee
& figure rotunde sunt adeo habiles ad motuz
q nullo mō ptingit eos quiescere sed semper
ptingit aliquē ex eis descendere p athomos er-
go attractos exterioris auxiliamur qz suppletur
locus descendentiū athomoz nam si anima ē
pposita ex athomis & semper discedunt aliqui
ex eis si nō attraherent aliqui athomi supplē-
tes locū descendentiū statim corrumpetur
alias scdo auxiliamur p huiusmodi athomos
attractos de foris qz illi pprimunt alios atho-
mos ex quibus pponit anima & nō permittūt
eos ita discedere. tertio inuamur p huiusmodi
athomos quia sicut vnus carbo ignitus forti-
ficatur & roboratur ad presentia alterius carbo-
nis igniti sic athomi ex quibus componitur aia
roborantur & fortificantur & validius operant
opera eis debita ad presentiam athomorum
exterioris acutorum hec autem tua satis inuun-
tur in littera vbi dicitur q athomi exterioris
attracti phibent athomos ex quibus pponit
anima & constringunt & comprimūt. phibent
enim eos q non permittunt ipsos sic de facili
disgregari constringunt enim eos. quia non p-
mittunt eos sic rare fieri eo q supleant & subin-
trent locum descendentiū athomorum com-
primunt autem ipsos quod faciendo fortificāt
eos & redunt eos validiores ad operandum
opera eis debita. Deinde cuz dicit vide-
tur autem & pictagoricis dictum ponit positio-
nem pictagore circa quod tria facit qz primo
ponit huiusmodi positionem secundo assignat
positionis rationem tertio ex his que dixerat
concludit q omnis hii phi qui nominati sunt
uenati sunt naturam anime et considerauerūt
ipsam ex parte motus. secunda ibi de his au-
tem tertia ibi. uidetur autem dicit ergo q dictū
a pictagoricis uidetur eandem habere intelli-
gentiam id est eandem habere sententiam cū
dicto democriti et leucipi non tamē ipsi picta-
gorici similiter conueniebant cum positione
democriti sed quidam ipsorum dicebat ani-
mā esse has decisiones que sunt in aere et isti
simpliciter conueniebant cum democrito alij
autem pictagorici dixerunt quod anima non ē

huiusmodi athomi nec huiusmodi decisiones
sed est quedam virtus mouens has decisōes
& hos athomos & huius opinionis dicit fuisse
quidam philosophus nomine archilaus ma-
gister socratis. Notandum autem quod
pictagorici dicuntur illi qui secuti sunt pictago-
ram sicut ergo inter aristotelicos id est inter se-
quentes aristotilem sunt opiniones varie & q
dam opinantur vnum & quidam aliud. sic iter
pithagoricos poterant esse varie opiniones et
quidam poterant opinari vnum & quidam ali-
ud. Deinde cum dicit de his at assignat
huius positionis rationem dicens quod dictū
est de his v3 quare anima dicatur composita
ex athomis. nam hoc est ppter hoc quod hui-
usmodi athomi continue vidēt moueri & si sit
nimia tranquillitas in aere & quia anima ponit
tur esse quid mouens cum secundum antiquo-
rum opinionem nihil moueat nisi moueatur &
ipm dignum videbat eis quod anima esset cō-
posita ex athomis qui sūt adeo mobiles addit
autem quod in id idem feruntur quicunqz di-
cunt animam esse quid. i. esse aliquid seipsum
mouens. hii en m feruntur in idem & tenēt eā-
dem quod ammodo sententiam quia psidezāt
animam ratione motus. Deinde cum di-
cit vidēt autem hii concludit ex dictis quod
omnes hii phi psidezauerunt de anima & vā-
ti sunt ipam ex parte motus dicens vidēt at
omnes phi .s. qui nonnati sūt existimasse mo-
tum esse maxime pprimū anime & alia quidē
omnia moueri ppter animam ipam autē ai-
mam dicebant moueri a se ipa dicebant enim
animam moueri cum mouebat ppter id q se-
cundum eos nihil vī mouens q non moueat
& ipm. Deinde cum dicit similiter autem
& anaxagoras ponit positionem anaxagore cir-
ca quod duo facit qz narrat huiusmodi positio-
nem secūdo comparat positionem eius ad po-
sitionem democriti ibi non tamen penitus di-
cit ergo quod similiter autem & anaxagoras
supple considerauit animam ex parte motus
quia dicit animam esse mouentem alia & si ali-
quis alius secutus est anaxagoram & dixit q in-
tellectus id est quod anima mouet omne id est
mouet omnia sic dicens sup p in eandem inci-
dit sententiam & considerat animam ex parte
motus. Deinde cum dicit non tamen pe-
nitus compar opinionem Anax. ad opinionēz
democriti ostendēs quod democritus magis
certificauit nos id est magis patenter locutus
est & non ita dubie loquebatur sicut anaxago-
circā quod tria facit quia primo ostendit demo-
critum patenter & manifeste locutum esse so-
declarat anax. non fuisse locutum patenter s3
dubie tertio epilogat circa determinata secū-
da ibi anax. autem .tertia ibi quicunqz quidez
ergo immoueri. dicit ergo quod cum anax. nō
penitus nos certificat de sua positione sicut d-
mocritus. nam ille quidem id est democritus

fi. 27

di 22

1
simpliciter dixit idem esse animam et intellectum non enim distinguebat democritus inter intellectum et sensum volebat autem verum esse quod videtur id est quod apparet sensui dicebat enim sensum habere virtutem discipline et esse idem quod intellectus unde commendabat homerum dicens democritus homerum bene facere id est bene dicere cuius dicebat quod hector iacet quasi aliud sapiens democritus itaque non vti vel non vti vti intellectu tanquam sit potentia quedam que sit circa veritates et que sit distincta a sensu sed idem dicit esse intellectum et animam et intellectum et sensum. Notandum autem quod homerus ponebat quod quando hector transmutabatur in sensum et in corpore quod transmutabatur in intellectu et iacebat quasi alius sapiens, volebat enim homerus quod quando hector erat alienatus in sensu quod iaceret quasi sapiens aliud. i. aliena et volebat quod esset alienatus in intellectu ex quo sequebatur quod intellectus esset sensus. et quia democritus proponebat intellectum esse sensum. ideo commendabat hoc dictum homeri quia concordabat positioni fuisse. Dubitaret forte aliquis utrum sit verum dictum homeri quod quando aliquis est alienatus in sensu quod iaceat quasi aliud sapiens et quod sit alienatus in intellectu videtur quod sic quia frenetici alienati in sensu videntur aliena sapere et videntur esse alienati in intellectu dicendum quod alienatio in sensu per se non facit alienationem in intellectu nec intellectus est sensus ut opinabantur democritus et homerus attamen quia non intelligimus nisi cum fantasmate lesio organo fantastico per accidens impeditur operatio intellectus. ulterius forte dubitaret aliquis quomodo democritus opinabatur idem esse intellectum et sensum ex eo quod dicebat idem esse intellectum et animam. dicendum quod democritus non loquebatur de omni anima sed solum loquebatur de anima animalium que movetur per desiderium et appetitum immo etiam non videbatur loqui de anima omnium animalium sed solum de anima animalium respirantium comprobaret compositam animam esse ex atomis quia respirando et attrahendo aerem plenum atomis continuabatur animalium vita. si ergo idem erit intellectus quod anima talium animalium nullum erit animal respirans quod non habeat intellectum quod esse non posset nisi idem esset intellectus et sensus cum multa sint animalia respirantia habentia solum sensum. Sciendum ergo quod ex dictis democriti tripliciter potest colligi quod idem sit intellectus et sensus. primo enim hoc colligitur ex eo quod dicebat idem esse intellectum et animam. secundo ex eo quod ponebat quod verum esse omnium sensus dicebat. n. verum esse quod videbatur sensui cum ergo veritas sit rectitudo sola mente perceptibilis ut dicit Anselmus in libro de veritate et veritas sit adequatio rerum

et intellectum ut dicit Boetius videtur verum esse proprium omnium intellectus qui ergo dicit verum esse omnium sensus dicit intellectum esse sensum verum enim formaliter non comparatur ad sensum sed ad intellectum. tertio hoc idem colligitur ex dicto democriti ex eo quod commendabat homerum. h. dicitur Deinde cum dicit anaxago. autem narrat positionem anaxag. dicens quod anaxago. autem minus certificat id est minus certe et magis dubie loquitur de ipsa anima vel magis dubie loquitur de ipsis id est de anima et intellectu quia multoties quidem enim dicit intellectum non esse idem quod anima sed dixit intellectum esse eam eius quod recte et bene operari. alibi autem dixit hunc intellectum esse animam ait enim ipsum intellectum esse in omnibus animalibus magnis et parvis honorabilibus et inhonorabilibus prae ergo loquitur anaxago. de intellectu nec certificat nos qualiter accipiat intellectum. nam intellectus dicitur secundum prudentiam non videtur inesse similiter omnibus animalibus sed neque videtur inesse omnibus hominibus. Notandum autem quod bene et recte agere convenit per prudentiam quia prudentia est recta ratio agibilium sicut ars est recta ratio factibilium ut declarari habet in sexto ethi. cum ergo anaxago. dixit intellectum esse eam bene agendi accipit intellectum dicitur secundum prudentiam que non est idem quod anima nec inest omnibus animalibus. immo sic acceptus intellectus non inest omnibus hominibus sed cum idem anaxago. dicat intellectum idem esse quod anima et inesse omnibus animalibus vel contrariatur sibi ipsi vel equivoce et indeterminate loquitur nec certificat nos qualiter accipiat intellectum. in hac parte magis est commendandus democritus quia non sic dubie est loquutus. Deinde cum dicit quicumque quidem epilobat circa determinationem dicens quod quicumque quidem igitur aspererunt animatum immoveri id est quantum ad motum hii quidem maxime opinati sunt animam esse quid motum vel quod motuum et moventem alia dixerunt. n. quia anima ipsa mota movebat et reliqua.

9^{ti} 24ⁱ
9^{ti} 25ⁱ
lec. 2.
b
Quicumque autem ad cognoscere et.
q Postquam philosophus determinavit opiniones philosophorum venantium animam per viam motus. in parte ista determinat de opinionibus philosophorum venantium animam et determinantium de ipsa per viam cognitionis et sensus circa quod duo facit quia primo ostendit quomodo antiqui philosophi determinabant de anima per viam cognitionis et sensus. secundo quod dixerat manifestat per opinionem empiri. et platonis ibi sicut empiri. quod dicit autem quod quicumque autem aspererunt animam ad cognoscere et sentire ea que sunt in entia quasi dicat quod quicumque considerave

runt de anima ex eo quod ipsa sentit et cognoscit entia isti dicunt animam esse principia entium et quia diuersimode loquebantur antiqui de principijs quia aliqui posuerunt plura principia aliqui vero unum. ideo alii quidem erant facientes id est dicentes animam esse plura. h. id est plura principia. alij vero dicebant animam esse unum. h. id est unum principium.

Dubitaret forte aliquis quomodo antiqui venientes animam per viam cognitionis et sensus dixerunt ipsam esse principia entium. Dicendum quod omnis cognitio fit per assimilacionem. nam nisi est similitudo rei cognite in cognoscente oportet rem illam ignoratam esse habet enim. h. veritatem tam in cognitione sensitiva quam intellectiva nam nunquam sensus sentiret aliquid nisi esset in sensu similitudo rei sensibilis et nunquam intelligeret intellectus aliquid nisi est in eo similitudo rei intelligibilis ut ergo ponerent antiqui quod anima posset cognoscere omnia dicebant ipsam habere similitudinem cum omnibus non autem videbatur ipsis quod anima posset habere similitudinem cum omnibus nisi est composita ex principijs omnium volentes ergo animam inuestigare per viam cognitionis dixerunt ipsam esse principia omnium ut haberet similitudinem cum omnibus et ut posset cognoscere omnia. quia ergo posuerunt unum principium omnium dixerunt animam esse illud principium ut qui dixerunt omnia esse ex aere dixerunt animam esse aereni. nam si anima est aer habet similitudinem cum omnibus que sunt ex aere et potest omnia talia cognoscere dicentes vero quod principium omnium erat aqua et quod omnia erant ex aqua dixerunt animam esse aquam ponentes autem non unum principium omnium entium sed plura sicut fecit empe. dixerunt animam esse illa plura principia quare loquentes de anima et inuestigantes eam per viam cognitionis sicut diuersificabantur in loquendo de principijs sic diuersificati sunt in loquendo de anima. Alterius forte dubitaret aliquis utrum bona esset opinio antiquorum et videtur quod sic quia si cognitio fit per assimilacionem oportet animam esse compositam ex principijs omnium ad. h. quod habeat similitudinem cum omnibus ut possit cognoscere omnia. Dicendum quod ut communiter ponitur iste fuit antiquorum error. credebant enim quod cognitum deberet esse realiter in cognoscente si videbatur. quidem eis possibile quod anima posset cognoscere terram nisi in se realiter haberet terram. nec quod posset cognoscere aquam si non in se realiter haberet aquam. hoc ergo posito dicebant quod anima terram cognoscit terra. et aquam aqua. ut per terram quam habet anima apud se potest cognoscere aliam terram et per aquam quam habet in se potest cognoscere aliam aquam sed hoc positum est falsa quia ut

Declarabitur in tertio lapide non est in anima sed species lapidis sit etiam terra non est in anima sed species terre anima ergo quodammodo est omnia et omnia sunt in anima non secundum esse reale ut ponebant antiqui sed secundum esse similitudinarium et intentionale est enim sensus susceptivus omnium specierum sensibilium et intellectus omnium specierum intelligibilium suscipiendo ergo anima huiusmodi species poterit per sensum assimilari omnibus sensibilibus et cognoscere omnia sensibilia. per intellectum vero assimilari poterit omnibus intelligentibus et cognoscere omnia intelligibilia

Deinde cum dicit sicut empe. quidem manifestat quod dixerat per opinionem empe. et platonis qui inuestigantes animam per viam cognitionis dixerunt ipsam animam constare et esse compositam ex principijs entium circa quod duo facit quia primo ostendit quomodo emp. dicebat animam esse compositam ex principijs entium. secundo declarat quomodo. h. idem dicebat plato ibi eodem autem modo et plato continetur sic bene. dico quod antiqui inuestigantes animam per viam cognitionis dixerunt animam esse principia omnium entium sicut dixit emp. qui quidem dixit animam esse ex omnibus elementis id est ex omnibus principijs et dixit animam esse unumquodque horum principiorum ut possit omnia cognoscere sic dicens quod terra quidem cognoscimus terram ethera id est aereni cognoscimus ethere id est aere aquam cognoscimus aqua ignem igne et manifestum est quod concordiam cognoscimus. concordiam et per concordiam et discordiam que est corruptiva cognoscimus discordiam id est per discordiam. Notandum autem emp. posuisse. vi. principia quatuor materialia et duo effectiva. dixit enim terram aquam aereni et ignem esse principia materialia. concordiam vero et discordiam voluit esse principia effectiva ita quod concordiam esset principium effectivum generationis discordiam vero corruptionis. nam quando elementa erant proportionata et in concordiam fiebat generatio et quando in proportionata et in discordiam fiebat corruptio et quia hec. vi. ponebat principia omnium entium ut anima posset cognoscere omnia entia dicebat ipsam ex omnibus hijs constare. Deinde cum dicit eodem autem modo ostendit quomodo plato ponebat animam componi ex principijs ad cuius evidentiam sciendum quod entia quantum ad presens spectat tripliciter possunt considerari. primo ut sunt aliquid in se. secundo ut referuntur ad suum principium effectivum. tertio considerari possunt ut comparantur ad ens in quo concitant et quod uniuersalis in omnibus reperitur si considerentur sentia ut sunt aliquid in se. sic plato visus est ponere principia entium idem et diuersum vel partibile et impartibile videntur enim entia distingui quia quedam sunt

sunt sensibilia ut ista corporalia quedam intel-
ligibilia ut substantie separate. h. autem cor-
poralia videntur constare ex diuerso et partibi-
li quia in eis est oppositio et diuersitas partium sub-
stantie vero separate videntur constare ex eo-
dem et impartibili quia in eis est simplicitas et
vnitas. principia itaque omnium entium vi-
dentur esse idem et diuersum. secundo uero pos-
sunt res considerari ut comparantur ad suum
principium effectuum et sic principia entium.
dixit plato esse ideas a quibus hec entia fiebant
et causabantur. tertio possunt res comparari ad
ipsum ens quod participant et quod communit-
reperitur in omnibus et sic principia rerum di-
xit plato esse numeros. nam secundum com-
mentatorem in septimo methaphis. nesciuit
plato distinguere inter unum quod est principi-
um numeri et quod conuertitur cum ente qua-
re sicut in singulis rebus reperiuntur plures
perfectiones et plures vnitates loquendo de
vno quod conuertitur cum ente. sic credidit quod
reperirentur in singulis rebus vnitates que
essent principium numeri propter quod posuit
numeros esse principium omnium entium di-
xit quidem in omnibus entibus esse numerum
preter quam in vno videlicet in prima causa
quam posuit circa essentiam vnitatis et boni-
tatis quod si accepisset numerum large pro om-
ni pluralitate vel pro omni multitudine non
male dixisset. sed accipiendo numerum proprie
ut ipse accipiebat qui est species quantitatis non
bene dixit quia huiusmodi numerus non ha-
bet esse nisi in continuis nec se extendit ad sub-
stantias separatas. semper enim numerus pro-
prie sumptus causatur ex diuisione continui
ut declarari habet in tertio phis. posuit itaque
plato quantum ad presens spectat tria genera
principiorum entium videlicet idem et diuer-
sum ideas et numeros in declarando ergo quo-
modo plato posuit animam constare ex princi-
piis tria facit quia primo ostendit quomodo pla-
to dixit animam constare ex eodem et diuerso
secundo quomodo dixit eam constare ex ideis.
tertio quomodo ex numeris. secunda ibi simi-
liter autem et in hiis. tertia ibi adhuc autem et
aliter dicit ergo quod eodem autem modo et
plato in thimico facit id est constituit animam
ex elementis id est ex principis vult enim si-
mile simili cognosci. res autem dixit esse ex prin-
cipis ut ergo anima cognoscat omnia et habe-
at similitudinem cum omnibus dixit plato eam
constare ex elementis et principis omnium.

Notandum autem quod hic *Al.* non di-
cit quomodo plato posuit animam constare ex
elementis sed remittet nos ad librum timei.
vbi ut innuit tam themesticus quam commē-
tator principia entium dicuntur esse partibile
et impartibile vel idem et diuersum. hoc ergo
modo posuit plato animam constare ex prin-
cipis quia dixit eam constare ex eodem et diuer-

so vel ex partibili et impartibili. Dubita-
ret forte aliquis quomodo anima est composi-
ta ex partibili et impartibili dicendum quod. h.
themesticus tripliciter declarare intendit secun-
dum quod anima tripliciter potest considera-
ri. primo enim considerari potest secundum sub-
stantiam. secundo secundum potentias. tertio
secundum vtrumque. omnibus autem his mo-
dis anima est aliquo modo composita ex eodem
et diuerso debemus enim imaginari quod ani-
ma secundum suam naturam et substantiam
est media inter substantias separatas et ista sen-
sibilia. vnde themesticus ait quod natura ratio-
nalis intellectu quidem est deterior. Sed
his sensibilibus est dignior. ista ergo corpora-
lia sunt nature sensibilis homo vero est natu-
re rationalis. substantie vero separate sunt na-
ture intellectualis. natura ergo rationalis sicut
anima nostra est dignior et simplicior his sen-
sibilibus sed est inferior et compositior substanti-
is separatis comparata ergo anima ad hec sen-
sibilia reperitur in ea idempritas et simplici-
tas. comparata vero ad substantias separatas
est in ipsa compositio et possibilitas et quia
media est anima inter hec et illa quasi partici-
pans vtrumque dicitur constare ex hiis princi-
piis videlicet ex eodem et diuerso. secundo hoc
idem patet si consideretur anima secundum
suas potentias. nam in anima quedam sunt
potentie non organice et iste sunt simplices et im-
partibiles ut intellectus et voluntas. quedam
sunt organice et iste sunt partibiles quia extenduntur
extensione organi. anima ergo quia com-
prehendit in se vtrumque dicitur constare ex par-
tibili et impartibili. tertio hoc idem patet si con-
sideretur anima quantum ad vtrumque nam
tam anima quam alie res secundum genus con-
ueniunt cum omnibus hiis que sunt in illo ge-
nere et secundum species conueniunt cum om-
nibus hiis que sunt in illa specie sed secundum
differentias et secundum propria accidentia di-
cuntur differre ab alijs et quia anima tam se-
cundum substantiam quam secundum poten-
tias habet aliquam conuenientiam et aliquas
differentiam cum alijs ratione conuenientie
dicitur constare ex eodem ratione differentie
dicitur constare ex diuerso et quia omnes res
vel constant ex eodem vel ex diuerso vel ex
vtroque anima que constat ex eodem et diuer-
so habet similitudinem cum omnibus et po-
test cognoscere omnia. Deinde cum dicit si-
militer autem et in hiis ostendit quomodo ani-
ma constat ex elementis siue ex principis que
sunt idee dicens quod similiter autem et in hiis
que dicta sunt de philosophia dicta naturali.
determinatum est a platone quod ipsum qui-
dem animal est constitutum ex ipsa idea vnitas
id est ex idea vnitatis et ex prima longitudine
id est ex idea dualitatis et ex prima latitudine
id est ex idea trinarum et ex prima altitudine id est

ex idea quaternarii. et alia entia ab anima si-
mili modo dixit esse composita ex his elemen-
tis. Notandum autem quod ex idea unita-
tis dualitatis ternarii et quaternarii in sua phi-
losophia dicta naturali posuit plato componi
tam animam quam alia entia et quia secundum
ipsum eodem modo componebatur anima et
alia entia habebat anima similitudinem cum
omnibus entibus et poterat anima cognoscere
omnia entia. Notandum etiam quod phi-
losophiam platonis non appellat *Philosophiam*
naturalem sed dictam naturalem quia
plato dicebat eam esse philosophiam natura-
lem non tamen erat naturalis quia ut declara-
ri habet in primo de generatione ubi compa-
ratur opinio platonis ad opinionem democri-
ti plato non loquebatur philosophice et naturaliter.
sed extranee vel philosophia platonis appel-
latur philosophia dicta quia solus verbis erat
fulcita non autem erat ratione firmata. Du-
bitaret forte aliquis quomodo prima longitu-
do dicitur idea dualitatis et prima latitudo
idea ternarii et prima altitudo siue prima pro-
funditas idea quaternarii dicendum quod lon-
gitudo siue linea habet rationem dualitatis quia
eius extensio est de puncto ad punctum latitu-
do autem siue superficies habet rationem ter-
narii quia nunquam est dare superficiem re-
cti lineam nisi sit ibi signare tertium punctum
ita quod triangulus ubi est signare tria puncta
est prima figurarum recti linearum profunditas
autem siue altitudo id est corpus cui competit ha-
bere profunditatem et altitudinem habet ratio-
nem quaternarii. nam postquam fecimus sup-
ficiem trilateram ubi est figurare tria puncta
si volumus facere corpus oportet dare quartum
punctum et fiet piramis ita quod piramis est
primum corporum angularium sicut triangu-
lus est prima figurarum recti linearum. cum ergo
idee sint quidditates et principia horum sensi-
bilium longitudo latitudo et altitudo per prius
reservantur in ideis quam in istis sensibilibus
idea ergo lineae erit prima longitudo et erit idea
dualitatis. idea vero latitudinis siue superfici
ei erit prima latitudo et erit idea ternarii. idea
vero altitudinis siue corporis erit prima alti-
tudo et erit idea quaternarii ex his ergo ideis
dicebat plato constare tam animam quam alia
entia. Alterius forte dubitaret aliquis quo-
modo tam anima quam alia entia constent ex
his ideis. dicendum quod in his inferioribus
quatuor reperimus videlicet punctum lineam
superficiem et corpus punctus autem habet ra-
tionem unitatis linea dualitatis superficies
ternarii corpus quaternarii et quia plato dixit
ideas esse quidditates horum sensibilium po-
suit hec sensibilia constare ex idea puncti que
appellabat ideam unitatis et ex idea dualita-
tis quam appellabat primam longitudinem
et ex idea ternarii quam appellabat primam

latitudinem et ex idea quaternarii quam ap-
pellabat primam altitudinem ex his ergo ide-
is dixit constare omnia hec sensibilia ut ergo
anima possit habere similitudinem cum om-
nibus istis et ut posset omnia ista cognoscere di-
xit eam ex omnibus his ideis esse compositam

Deinde cum dicit adhuc autem et aliter ostē-
so quomodo anima sicut et alia entia constat ex
eodem et diverso et ex ideis vult modo ostende-
re quomodo plato tam animam quam alia en-
tia dixit constare ex numeris. videbat enim pla-
to quod operationes anime ex numeris sume-
bant ortum quia intelligere sumebat ortum
ex unitate scire ex dualitate opinari ex ternar-
io sentire ex quaternario ideo ex his numeris
voluit quod componeretur tam anima quam
alia entia hoc est ergo quod ait quod adhuc au-
tem et aliter supra plato dixit tam animam quam
alia entia componi ex eisdem principiis quia
intellectum quidem plato dixit esse unum. sci-
entiam autem duo est enim scientia singulari-
ter ad unum id est processus ad unum id est ad
unam conclusionem procedit enim scientia ab
uno medio ad unam conclusionem opinio
vero dixit esse numerum plani id est numerum
superfici siue numerum ternarii. sensum ve-
ro dixit esse eum numerum qui est firmi id est
qui est corporis. hoc est numerum quaternarii
manifestum quidem est enim quod hii nume-
ri dicebantur species et principia entium sunt
autem hii numeri ex elementis id est de nume-
ro elementorum id est sunt elementa quasi di-
cat quod hii numeri videlicet unitas binari-
us ternarius et quaternarius sunt elementa re-
rum et subdit quod alie autem res iudicantur
intellectu alie vero scientia alie autem opinio-
ne alie vero sensu. ergo hii numeri sunt speci-
es id est elementa et quidditates et principia re-
rum et tunc supplenda est ratio quod cum hii
numeri sunt principia ex quibus constituta est
anima ex eisdem principiis ponebat plato esse
constructam animam et alia entia. Notan-
dum autem quod cum res cognoscantur per
sua principia cum res alie cognoscantur intel-
lectu alie scientia alie opinione alie sensu oportet
quod. h. videlicet unitas dualitas ternarius
et quaternarius qui numeri habent convenien-
tiam cum intellectu scientia opinione et sensu
sunt principia rerum et etiam oportet quod sint
principia ipsius anime cum operationes ani-
me reducantur ad hos numeros ex eisdem er-
go principiis et ex eisdem numeris constituta est
anima et alia entia habebit ergo secundum. h.
anima similitudinem cum omnibus entibus
et poterit omnia entia cognoscere. Notan-
dum autem quod intellectus est principiorum
principium autem habet rationem medii. nam
principium per quod concluditur conclusio est
medium ad illam conclusionem. intellectus
ergo per quem ferimur simpliciter in princi-
pium

1
pium vel in medium dicitur habere rationes
vnius sed scientia quæ est respectu conclusionis
dicitur habere rationem duorum. Nam non
possumus ferri in conclusionem nisi prius fera-
mur in medium est ergo ibi duplex ratio. vna
in medium alia in conclusionem. opinioni au-
tem appropriatur numerus plani idest super-
ficiæ idest numerus ternarius. nam opinio se-
per est acceptio vnius partis cum formidine
alterius est ergo ibi tria considerare videlicet
medium concludens conclusio conclusa et con-
clusio formidata signanter ergo ait philoso-
phus quod scientia est singulariter processus
ab vno medio ad vnum conclusum in quo dif-
fert scientia ab opinione que non procedit sin-
gulariter ab vno medio ad vnam conclusionem
immo procedit ad duas conclusiones quarum
vna est conclusa et alia formidata sensus vero
habet rationem quaternarii quia est virtus or-
ganica et corporalis. corpori autem vt dictum
est quaternarius numerus appropriari debet.

lec. 8.

q

Quoniam autem et motuum vide-
batur et. Postquam philosophus
narravit opinionem philosopho-
rum inuestigantium animam per
viam motus et per viam cognitionis in parte
ista narrat opinionem inuestigantium animam
vtrouero modo circa quod tria facit quia pri-
mo facit quod dictum est. secundo dat differentiam
inter ipsos philosophos. tertio epilogat circa d-
terminata. secunda ibi differunt autem de pri-
ncipiis. tertia ibi differunt autem omnes dicit
ergo quod quoniam autem et motuum et cognosciti-
uum videbatur esse anima sic aliqui quidem
complexi sunt ex vtriusque enuntiantes animam
esse numerum seipsum mouentem. Notan-
dum autem quod dicentes animam esse nume-
rum seipsum mouentem complectebantur vtru-
que videlicet cognitionem et motum. nam ex
eo quod anima erat numerus competebat ei
cognoscere nam cum numeri ponantur esse pri-
ncipia rerum si anima erat numerus habebat
similitudinem cum aliis entibus que erant ex
numeris constituta et per consequens poterat
alia cognoscere in quantum antea anima erat
seipsum mouens poterat alia mouere. No-
tandum autem quosdam dixisse hanc opinio-
nem fuisse platonis quod anima esset nume-
rus seipsum mouens sed hoc non videtur con-
gruum quod introducat hic. hec positio tan-
quam platonis opinio quia tunc hoc dictum
non poneret in numerum cum superioribus
positionibus quod est contra commentatores
dicentem tres sectas fuisse de anima quarum
vna inuestigauit animam per viam motus.
alia per viam cognitionis. tertia per viam vtri-
usque. dicitur ergo hec opinio fuisse zenocratis
et melius est vt introducat hic tanquam opi-

nio zenocratis quam tanquam opinio plato-
nis. Deinde cum dicit differunt autem dat
differentiam inter hos philosophos prout lo-
quebantur tam de principiis quam de anima
circa quod tria facit quia primo ostendit quo-
modo differenter loquebantur philosophi quan-
tum ad substantiam principiorum. secundo
quomodo loquebantur differenter quantum
ad numerum. tertio narrat varias opiniones
philosophorum circa principia et circa animam
secunda ibi differunt autem et. tertia ibi vno
quibusdam dicit ergo quod differunt autem
loquentes de principiis que idest quantum ad
que idest quantum ad substantiam principio-
rum et quot idest quantum ad numerum nam
differenter loquebantur philosophi de princi-
piis et quantum ad numerum et quantum ad
substantiam et maxime quidem quantum ad
substantiam principiorum loquebantur diffe-
renter facientes corpora idest facientes prin-
cipia corporalia et incorporea idest facientes
principia incorporea et etiam differenter loque-
bantur his idest ab his qui erant miscentes et
erant enuntiantes principia ab vtriusque idest
a corporalibus et incorporeis. Notan-
dum autem quod philosophi quantum ad sub-
stantiam principiorum differabant triplici-
ter quia quidam posuerunt principia corpora-
lia vt empedocles. qui posuit quatuor elementa
principia rerum. quidam vero posuerunt pri-
ncipia incorporea ut plato qui posuit ideas pri-
ncipia entium. quidam vero posuerunt princi-
pia vtraque tam corporalia quam incorpora-
lia vt anaxagoras qui posuit intellectum tan-
quam principium incorporeale et posuit partes
consimiles tanquam principia corporalia fa-
cientes ergo principia corporalia differabant
a facientibus principia incorporea et ab his qui
miscabant vtraque. Deinde cum dicit dif-
ferunt autem et. ostendit quomodo differerent
predicti philosophi in loquendo de principiis
quantum ad numerum dicens quod differunt
autem et circa multitudinem idest circa nume-
rum principiorum quia hii quidem ponunt vnum
principium omnium vt diogenes qui dixit pri-
ncipium omnium esse aerem et eraditus. qui po-
suit vnum principium omnium dicens quod
omnia erant vapor illi vero idest alii ponunt
plura principia rerum vt empedocles. qui posuit
quatuor elementa et anaxagoras qui posuit par-
tes consimiles vel corpora similia partium
esse principia rerum et subdit quod consequen-
ter autem his idest consequenter principiis
assignant et animam loquebantur autem phi-
losophi de anima consequenter principiis idest
sicut loquebantur de principiis. quia qui po-
suerunt vnum principium omnium dixerunt
animam esse illud vnum principium qui ve-
ro posuerunt plura dixerunt animam esse illa

plura et subdit quod secundum naturam primorum id est secundum naturam principiorum motuum estimauerunt sup̄ esse animam et hoc non irrationabiliter qui dicit quod estimauerunt animam posse mouere et habere rationem motiuis ex eo quod erat ex principiis.

Dubitarer forte aliquis quomodo anime competit ratio mouendi ex eo quod est ex principiis dicendum quod opinio fuit Arist. quod nihil aquirat nouum esse nec nouam dispositionem nisi mediante motu vt si igitur vel calefit lignum oportet quod aliquis motus preceserit hanc nouam dispositionem. Si ergo de ratione principiorum est aliquid efficere et causare vel aliquam nouam dispositionem inducere oportet quod fiat hoc mediante motu quare de ratione principiorum est mouere et maxime de ratione principiorum habentium rationem cause efficientis inde est quod a philosopho causa efficiens appellatur principium unde motus quare si de ratione principiorum est mouere non irrationabiliter estimatur anima habere rationem motiui ex eo quod est ex principiis. Deinde cum dicit unde quibusdam assignat varias opiniones loquentium de anima circa quod tria facit quia primo narrat opiniones loquentium magis subtiliter secundo loquentium mediocriter. tertio narrat opiniones loquentium magis grosse et magis ruditer secunda ibi videtur autem tales. tertia ibi magis autem rudium circa primum tria facit secundum quod tres opiniones narrat quia primo narrat opinionem dicentium animam esse ignem. secundo narrat opinionem democriti. tertio narrat opinionem anaxagore. secunda ibi democritus autem. tertia ibi anaxago. autem. dicit ergo quod quibusdam visum est animam esse ignem quia hic id est ignis est subtilissimus in partibus id est est compositus ex partibus raris et subtilissimis et est maximum elementorum incorporeorum id est est maxime incorporeus inter elementa adhuc autem ignis mouetur quia et mouet omnia alia et hoc primo et principaliter. Notandum autem quod sicut dicitur est antiqui loquebantur de anima sic loquebantur de principiis operationes anime ergo referebant ad ea que videbant in ipsis principiis. et quia ignis est quid subtile et quid mobile dicentes principium omnium esse ignem dixerunt animam esse ignem ratione gratia quia ignis est subtilis et incorporeus dicebant quod anime competit alia cognoscere ex eo vero quod ignis est quid maxime mobile dicebant quod competit anime alia mouere. Dubitarer forte aliquis quomodo ignis est incorporealissimum elementorum dicendum quod quedam elementa sunt magis materialia quedam magis formalia ita quod secundum quod elementa ordinantur secundum locum sic habent magis et minus de formalitate

terate terra ergo locum tenens infimus plus habet de materia et minus de forma quod satis declarat eius densitas et compactio a qua autem est formalior terra. Rursus aer qui est super aquam est formalior quam aqua in vno enim pugilo aque plus est de materia quam in vno pugilo aeris. immo ex vno pugilo aque sunt decem pugila aeris vt vult philosophus inde generatione est ergo aqua materialior aere et per consequens aer est formalior aqua. eadem ratione ignis est formalior aere sic etiam celum est formalius ceteris aliis corporibus et inter ipsos celos celi superiores creduntur formaliores alii. ignis ergo est incorporealior elementorum id est formalior quam cetera elementa non est itaque verum quod ignis sit formalior quam cetera corpora quia celum est formalius igne eo quod sit actiuus ipso agit enim ignis in virtute celi nec habet ignis quod sit quid actiuus nisi in quantum est organum celestis corporis vt innuit philosophus circa finem secundi de generatione ignis igitur est incorporealior id est formalior quam cetera elementa. sed non est formalior quam cetera corpora. Alterius forte dubitarer aliquis quomodo ignis mouetur et mouet alia. primo dicendum opinione fuisse antiquorum philosophorum vt sepe et sepius dictum est nihil mouere nisi moueatur et ipsum sicut ergo competit alicui rei quod moueat sic competit ei quod moueatur et ipsa ignis itaque qui inter cetera elementa est actiuus respectu aliorum elementorum. primo et principaliter competit ei agere et per consequens mouere tanquam magis actiuus et magis formalis et si simpliciter competit igni quod moueat principaliter competit ei quod moueatur vniuersaliter ergo respectu omnium corporum mouere et moueri competit. primo super celestibus corporibus. unde sequendo positionem horum philosophorum scilicet quod nihil moueat nisi moueatur et ipsum mouere et moueri non vniuersaliter respectu omnium corporum sed respectu elementorum competit primo igni.

Deinde cum dicit democritus autem narrat opinionem democriti dicens quod democritus autem dixit dulcius id est conuenientius et rationabilius quam alii enuntians vtrumque horum id est enuntians. propter quid est vtrumque horum videlicet quod anima cognoscit et moueat. ait enim animam quidem et intellectum esse idem id est dicit quod anima est idem quod intellectus et quod anime competit intelligere et cognoscere. istud autem dicit esse qui est primorum et indiuisibilium corporum id est quia est composita ex indiuisibilibus corporibus que sunt prima et principia. motiuum autem id est esse quid motiuum dicit animam propter subtilitatem partium et propter figuram partium partes ergo et atomi quod proponebant

nebant atq; z illa indivisibilia corpora ex eo qd
 erant prima principia dabant anime qd intel-
 ligeret sed ex eo qd erant figure rotunde dabat
 anime quod esset quid motu z quod moueret
 quia figurarum leuiter idest faciliter mobilis-
 simaz dicit esse spericam huiusmodi autem fi-
 gure videlicet sperice dixit esse ignem z intel-
 lectum. Dubitaret forte aliquis quomodo
 illa corpora indivisibilia ex quibus ponebat d.
 democritus componi animam ex eo quod erant
 prima idest ex eo qd erant principia dabant ani-
 me quod esset idem qd intellectus vel quod idē
 est dabant ei quod intelligeret z quod cogno-
 sceret dicendum qd cum ex principiis sint alia
 eo ipso qd ponitur anima componi ex pncipiis
 ponitur qd habeat similitudinem cum aliis et
 per consequens qd cognoscat alia. illa ergo cor-
 pora indivisibilia ex quibus componebatur ani-
 ma ex eo quod erant prima z principia dabat
 anime quod intelligeret z cognosceret sed eo qd
 erant figure sperice dabant ei quod moueret.

Deinde cum dicit anax. autem narrat opi-
 nionem anax. dicens anax. autem videtur qd
 dem dicere alterum esse animam z intellectū
 sicut diximus prius vtitur autem vtriusq; si-
 cut vna natura. naz vt prius dicebatur anax.
 videtur sibi ipsi esse contrarius quia aliquan-
 do dicebat animam z intellectum eē alterum
 aliquando vero dicebat quod erat eadem na-
 tura z qd erat idem anima z intellectus. verū
 tamen differt hic anax. ab aliis quia ipse po-
 nit intellectum maxime esse principium omni-
 um z ipsum solum intellectum de numero eo-
 rum que sunt idest de numero entium dicit eē
 simplicem z inmixtum quia non est corpus z di-
 xit ipm eē purum quia non est virtus in corpo-
 re z addit quod eidem principio idest eidem i-
 ntellectui assignat inesse vtraq; videlicet cogno-
 scere z mouē dicens intellectū mouē oē z et cognoscē
 oē. Notandum autem qd in determinādo
 de cognitione intellectus anax. diuersificabat
 ab omnibus aliis nam alii. vt anima cogno-
 sceret omnia dicebant ipsam compositam quo-
 dāmodo ex omnibus nam vt cognosceret ter-
 ram dicebant ipam compositam ex terra et
 vt aquam ex aqua anax. vero econuerso vt in-
 tellectus cognosceret omnia posuit ipsum sim-
 plicem inmixtum purum z seperatum ab omni-
 bus quod autem anax. in. b. bñdixerit quia po-
 suit intellectum sic simplicem z sic abstractum
 in tertio ostendetur enim. Notandum etiā
 qd corporum quedam sunt composita ex parti-
 bus quantitatis vt elementa quedam vero
 sunt composita ex aliis corporibus vt elemen-
 rata que sunt mixta z composita ex elemētis
 Rursus virtutum quedaz sunt impure vt vir-
 tutes organice z corporales quedam vero sūt
 pure vt virtutes abstracte z imateriales intel-

lectus ergo simplex est quia non est compositus
 ex partibus quantitatis nec ē corpus elemē-
 tare z est inmixtus quia non est compositus ex
 aliis corporibus nec est corpus elementarum.
 tertio est purus quia non est virtus corporalis
 z organica sed in materialis z abstracta. No-
 tandum aut qd anax. hec duo videlicet cogno-
 scere z mouere attribuebat eidem principio. i.
 eidem intellectui sed non propter eandem cāz
 sed vt dicitur dicebat qd intellectui competit
 vt cognoscat z intelligat quantum est de se. i.
 de sui natura sed qd moueat ei competit in quā-
 tum est aliorum principium z causa.

lec. 9.

f. 32

Videtur autem tales ex quibz zc. Mar-
 rata opinione democriti z anax. qui
 magis subtiliter loquebantur i parte

ista narratur opinio quorūdam aliorum phōz
 qui quasi mediocriter loquebantur quia nec lo-
 quebantur ita subtiliter ut democritus z anax.
 nec ita grosse vt quidam alii phide quibus in-
 ferius dicitur. Diuiditur autem hec pars
 in partes quattuor. secundum qd quattuor hu-
 iusmodi opiniones recitantur nam primo reci-
 tatur opinio cuiusdam phi qui vocabatur tha-
 les. secundo recitatur opinio dyogenis. tertio
 eraditi. quarto almeonis. secunda ibi. dyoge-
 nes autem. tertia ibi eraditus autem. quarta
 ibi similiter autem his dicit ergo qd videtur
 autem thales ex quibus reminiscimur idest
 secundum ea que reminiscemur ex dictis ei?
 opinari animam esse aliquid motuum z quia
 credebatur qd mouere esset propriū aie credidit
 qd quicquid moueret esset animatum dixit er-
 go siquidem lapidem magnetem vel adamā-
 tem habere animam quoniam mouet ferruz

Notandum autem quod ait ex quibus re-
 miniscuntur quia ille philosophus qui voca-
 batur thales cuius dicitur esse hec opinio pri-
 mo dicitur fuisse vnus de septem antiquis phi-
 losophantibus inter quos septem. omnes alii
 studuerunt circa moralia hic solus dedit se
 ad inquisitionem rerum naturalium et quia
 sic fuit antrauum factum sumi ideo hic dicitur
 ex quibus hic reminiscimus. Notan-
 dum etiam quod iste philosophus nomine tha-
 les non sequutus fuit positionem suam nam vt
 recitatur. in primo methaphisice ipse posuit
 quod principium omnium erat aqua tamen
 nō dixit quod anima erat aqua. sed quod erat
 quedam virtus motiua. Notandum au-
 tem quod vbi nos habemus tales vtetus tras-
 latio habet ythalis commentator autem ex-
 ponit hanc opinionē nō de phō illo qd vocabatur
 thales. sed de melisso neq; qd noua translatio
 apropriat hanc opinionem illi phō qui vocaba-
 tur thales z quia themistius qui fuit grecus

9/37

h. idem ait credendus est sic esse. Deinde cum dicit dyogenis aut narrat opinionem dyogenis dicens q dyogenes quidem sicut et alteri determinabat de anima ppter motum et cognitionem opinans hunc aerem esse animam quem aerem dicebat esse omnium subtilissimum et principium aliorum et propter. h. dicebat animas cognoscere et mouere qz secundum quidem quod aer est quid primum et principium dicebat animam reliqua cognoscere secundum vero q est quid subtilissimum dicebat animam esse quid motuum. Notandum autem opinionem dyogenis in hoc consistere q anima erat aer qui aer erat principium omnium anima ergo existens aer habeat similitudinem cum omnibus et per se sequens poterat cognoscere. oia aer itaqz ex eo quod erat principium dabat anime q cognosceret sed ex eo q erat quid subtile et quid mobile dabat anime quod moueret.

Deinde cum dicit eraditus autem ponit opinionem eraditi dicens q eraditus siquid dicit principium omnium esse vaporem ex quo vapore anima constituitur et huiusmodi vaporem dicit esse in corporalissimum et fluens super hunc ergo vaporem dicit esse animam dicebat autem q mouetur cognosci moto in motu autem sunt omnia que sunt idest omnia entia et quia ille eraditus sic arbitratus est et multi alij sic arbitrati sunt q omnia essent in motu vt anima cognosceret omnia et vt haberet similitudinem cum omnibus posuit ipsam esse vaporem et esse quid mobile. Notandum autem eraditum posuisse q entia erant in tanto fluxu q nihil contingeret scire et q simul poterant contradictoria verificari dicebat enim q cum dicitur hoc est tanta est fluxibilitas rerum quod statim potest dici hoc non est et quia vapor est valde fluxibilis vt saluaret continuum fluxum in entibus dixit principium omnium entium esse vaporem. Notandum autem q cum antiqui phi loquebantur de principiis potissime loquebantur de principio materiali vnde cum dicebant q principium omnium erat aqua intelligebant q omnia fierent ex aqua tanqz ex materia ergo materiale principium quantum de se est non habeat contrarietatem sed sit in potentia ad contraria cum in extremis magis referretur contrarietas quaz in medio ponentes materiale principium omnium esse non aliquod elementum sed medium inter elementa magis accedebant ad naturam materie et quia vapor dicit quid medium inter aerem et aquam visus est eraditus ex hoc aliquo modo appropinquare naturam materialis principii.

Notandum etiam quod quia secundum antiquos simile simili cognoscitur sicut aqua cognoscitur aqua et terra. terra sic q mouet idest mobile cognoscitur moto idest mobili et quia mobile mobili cognoscitur posuerunt animas

esse quid mobile vt posset cognoscere omnia entia que sunt in motu et que sunt mobilia.

Deinde cum dicit similiter autem ponit opinionem almeonis. dicens q almeon visus est opinari de anima similiter his quia sicut hii dicti phi opinabantur animam esse quid mobile sic almeon opinatus est animam esse quid mobile ideo subdit quod dicit almeon ipsam animam esse imortalem propter. h. quod assimilabatur imortalibus idest corporibus super celestibus hoc autem videlicet assimilari corporibus super celestibus dixit inesse anime tanqz semper motem nam omnia diuina idest omnia super celestia videmus mouere continue et sp vt lunam et solem et astra et totum celum. Notandum autem q almeon videtur dixisse similiter aliis et dissimiliter. sil. n. dixit quia sicut alij attribuebant anime motum sic et iste voluit motum attribuere anime. dissimiliter autem dixit quia alij attribuebant anime motum eo q dicebant ipsam esse ignem alij vero dicebant ipsam aerem et sic de aliis. almeon vero dixit animas esse in continuo motu. quia erat de natura celi q continue mouetur. Deinde cum dicit magis autem rudium narratis opinionibus subtilibus et mediocribus narrat opiniones magis rudes circa quod tria facit quia primo narrat opinionem hyppi secundo opinionem erixie. tertio remouet quandam cavillationem circa preacta. secunda ibi alij autem sanguinem. tertia ibi omnia autem elementa dicit ergo magis autem rudium idest de numero magis rudium enuntiauerunt illi qui dixerunt quod anima erat aqua quedam vt hyppus. Nam hyppus et sui sequaces visi sunt per suadere quod anima sit aqua quedam ex genitura idest ex semine ex quo generantur animalia quoniam ipsum semen et ipsa genitura omnium animalium est humida et videtur esse nature aquee namqz ipse hyppus arguit idest redarguit et reprehendit dicentes animas esse sanguinem quoniam genitura non est sanguis sed est quid humidum hanc autem humiditatem et hanc aquam. cuius nature erat genitura animalium dicebat animam primam idest animam principaliter. Notandum autem quod cum anima sit principium animalium videbatur hyppo quod anima primo et principaliter deberet esse illius nature cuius est ipse semen et ipsa genitura ex qua generantur animalia hoc autem vt dicebat est nature humide et nature aquee ideo dicit animam esse aquam.

Dubitaret forte aliquis quomodo hyppus rudius aliis est loquutus dicendum quod cum anima sit forma et actus et endelichia corporis si debet poni anima esse aliquod elementum dignum est quod ponatur esse elementum magis formale et quia aqua est materialior inter elementa excepta terra cum nullas.

phōz posuerit animam esse terrā hypp^o dicens animam eē aquam inter alios, rudius enūciat. Alterius forte dubitaret aliquis vtruz ratio hyppi eēt bona videlicet qz genitura animalium erat humida z aquea ideo anima erat aqua dicendum q ratio magis erat ad op positum q̄ ad ppositum nā cuz alia sit ratio materialis z formalis principii sicut ē alia ratio potentie z actus ex quo genitura animalium que ē ex aqua ex qua materialiter sunt animalia est humida z aquea anima per quam sunt formaliter animalia nec hūida nec aquea dicitur esse. Deinde cum dicit alii autē narrat opinionem crixie dicens quod alii autem opinati sunt animā esse sanguinē quēadmoduz crixias z eius sequaces opinantes ipm sentire eē magis pprium anime hoc aut scilicet sentire dicebant inesse animalibus ppter naturā ideo dixerunt animaz eē sanguinē. Notandum autē q cum partes carentes sanguine cuiusmodi sē vngues ossa z capilli nō sentiāt credidit crixias qd sentire inessz animalib^o ppter naturaz sanguinis. Notandum etiam q cum sentire videatur proprie inesse anime z hoc vt rudiū videbatur insit animalibus ppter naturam sanguinis dixit crixias animā eē sanguinem.

Deinde cū dicit omnia autem remouet q̄dam cauillationez circa preacta posset eniz aliquis querere cū phīs narrauerit opinionē dicentiū animā eē ignē eē aerem z eē aquā q̄ nō narrat opinionē dicentiū animam eē terram ad quod ipse respondet quod null^o phōz opinatus est terrā per se acceptā esse principii ideo nullus posuit animā eē terram. emp. tamē dixit terrā eē principii nō per se acceptā s; vna cum omnibus aliis elementis sicut ēt non dixit animā eē terraz p se acceptaz sed dixit eaz esse terrā cū oibus aliis elementis. h. est ergo q ait q oia alia elemata acceperūt iudicē preter terram terra autē non accepit iudicem. i. nullus phōz iudicauit terram esse principii hanc. n. terram nullus phōzum protulit. i. dixit sup̄. eē animaz nullus. n. phōantium dixit animā eē terram tantū. nisi si aliquis dixerit ipsā animam eē ex omnibus elementis aut alia elementa omnia. Dubitaret forte aliquis q̄ videt hoc falsum q omnia elemēta acceperūt iudicem preter terraz inuenitur. n. q aliquis iudicauerit terram eē principii oium naz vt habetur secundo meth. secundum translationem p̄menti ysidorus dixit q terra ē primum principii corporuz. dicendū q cum dicitur oia elementa acceperūt iudicem preter terram referend est. h. ad phōs qz null^o phōzum iudicauit terram eē oium principium. ysidorus autē qui dicitur. h. iudicasse non dicitur esse phūs s; vt recitat p̄mentator in eodem scdo meth. dī fuisse homo famosus in legibus inter phōs at inuenitur aliquis posuisse terram principuz eē nō per se sumptam sed acceptam cum omnib^o

aliis elementis ita q posuit omnia elementa esse principium z posuit animaz componi ex oibus elementis z esse oia elementa z huiusmodi opinionis fuit emp. Rursus inuenit aliq̄s posuisse terram esse principium non seperatiz z per se sumptā sed simul cuz igne. z huiusmodi opinionis dicitur fuisse p̄menides ponēs ignē z terrā rerum principia. sed qualiter hoc veritatem habet cum in primo phīsicorum p̄menides z mellissas dicatur posuisse tantū vnum esse: in de generatione diffusius diximus.

Deinde cum dicit diffiniunt autem epilogat circa determinata circa q duo facit qz primo ait omnia dicta phōzum reduci ad tria. secundo reducit omnia talia ad vnum ibi. statiz post horum autem vniquodqz dicit ergo qd omnes vt est dicere diffiniunt animam idest venati sunt quidditatem z diffinitionem anime tribus idest tripliciter videlicet motu sensu z in corporeo omnes enim venati sunt naturam z quidditatem anime vel per viam motu vel per viam cognitionis z sensus vel per viā simplicitatis z in corporeitatis. Deinde cū dicit horum autem vniquodqz reducit omnia dicta philosophorum ad vnum videlicet qd omnes considerauerunt de anima per comparisonem ad principia circa quod duo notanda sunt. primum enim notandum est q omnes phī considerauerunt de anima per comparisonem ad principia. ita quod posuerunt animam compositam ex principis omnium vt cognosceret omnia excepto anaxag. qui posuit itellētum simplicem in materialem z seperatuz ab omnibus vt cognosceret omnia. secundo notandum est q principia tripliciter possūt considerari. primo quantum ad substantiam. secundo quantum ad numerū. tertio quantum ad qualitates inherentes ipsis principis z secunduz h. omnia phī referebant animam in principia nam sicut diuersimode loquebantur de principis quantum ad substantiam quantum ad numerum z quantum ad qualitates sic z diuersimode loquebantur de anima. quatuor ergo facit quia primo ostendit quod phī referebant animam in principia quantum ad principiorum substantiam secundo declarat quod referebant animam ad principia quantum ad principiorum numerum tertio ait quod anax. ab aliis phīs discordauit quarto manifestat quomodo antiqui phī referebant animam in principia quantum ad principiorum qualitates secunda ibi quicūqz quidem igitur vnam aliq̄s tertia ibi anax. autem. quarta ibi quicūqz quidem contrarietates dicit ergo quod vniquodqz dictū hoz phōz reducitur ad principia vñ z i cognoscendo faciunt ipsam animam vt elū at ex elementis z. h. quantum ad elementoz sbām dicebant. n. animā eē de sba elemētoz. i. principioz z in. h. erant dicentes similiter ad iudicē preter vnum. i. preter anax. qui discordauit



ab aliis omnēs. n. excepto anax. dñt simile si-
mili cognosci quoniā. n. anima cognoscit omnia
pstituant eam ex omnibus principiis vt hēat
similitudinē cum omnibus. Deinde cum
dicit quicūqz quidem igitur vnam reducit ani-
maz ad principia quantum ad principiorum nu-
merum dicens quod quicūqz quidem igitur. di-
cunt vnam aliquam cām aut vnum elementū
z animaz ponunt esse illud vnum elementū
vt dicentes ignem elementū omnium ponunt
animā esse ignem aut ponētes aerem dñt ani-
maz esse aerem plura vero dicentes principia
z animam dicunt illa plura principia. De-
inde cū dicit anax. autem ostendit quod anax.
ab aliis discordauit dicens quod solus autem
anax. dicit intellectum impassibilem z nulli alio-
rum entium nihil hēre eōe sed huiusmodi cum
sit. i. cum intellectus nullaz hēat cōmunitatē
z similitudinē cum aliis quomodo cognoscat
alia. z propter qz cām poterit habere cognitio-
nem aliorum neqz anax. ille dixit neqz ex his
que dicta sunt ab eo est hoc pspicuum. i. mani-
festum. Notandū qz licet anax. bene dixe-
rit dicendo intellectum esse impassibilem z in-
mixtum z non habere aliquid eōe cum aliis
diminutus tamen fuit in pōne sua qz nō assi-
gnauit rōnem z cām quomodo intellectus pos-
set intelligere alia cum nō haberet similitudinē
cum eis. Deinde cum dicit quicūqz autem
prietates. ostendit quomō antiqz phi. refere-
bant aiām in principia quātum ad principio-
rum qualitates z prietates dicens qz quicūqz
autē prietates faciunt in principiis z animaz
pstituant ex illis contrariis qualitatibus qui-
cūqz autem dicūt principium esse alterum cō-
trariorum vt calidum aut frigidū aut aliquid
aliud huiusmōi vt tepidū z aiāz similē ponūt
vnū aliqd horū vt dicūt aiām esse quid calidū
vel qd frigidū aut aliquid aliud huiusmōi vnū
z noibus psequunt pnter. n. nominant animā
ab aliqua tali qualitate vt qui ponūt principium
oium esse quid calidū nominant animam a ca-
lido qui vero quid frigidum nominant eā a fri-
gido ideo aliqui nominabant animā esse vitā
que pstitit in calido aliqz vero dicebant eāz esse
respirationē z refrigerationē que pstitit i frigi-
do ideo subdit qz qui qdē sunt dicentes calidū
esse principium oium qz pp. h. i. pp. calidū z viuē
noiatum est supple ipm aiatum supptales di-
cebant aiām esse vitā. qui aut ponebāt princi-
piū esse frigidū volebant vocari aiām pp res-
pirationē z refrigeratōez. Ultio pcludit cir-
ca determinata dicēs qz. h. qd sē tradita ab anti-
qs de aiā z hē cāe assignate sunt pp quas anti-
qui sic dicunt z sic locuti sunt de ipā.

Considerandum autem primum zc.
c. Positis antiquorum opinionibus in
parte ista phis eas reprobat ad cuius
evidentiam sciendum qz licet philosophi tripli-
citer diffinirent animaz videlicet motu sensu

z incorporeo principaliter tamē dupliciter ve-
nabant animaz videlicet motu z cognitione
sive sensu duo ergo facit quia primo reprobat
philosophorum opiniones put venebāt animaz
motu secundo reprobat eas put venebāt aiāz
cognitione vel sensu. secunda ibi tribus autēz
modis traditis. circa primū duo facit quia pri-
mo adducit rōnes in gnālī quod nō possit ani-
me inesse motus vt phi dicebant secundo de-
scendit ad spāles opiniones philosophorum in-
uestigantiū animā per motum ibi quidam at
z mouere circa primum duo facit quia primo
pstinuat se ad dicenda secundo exequitur de in-
tento ibi quod quidem igitur. dicit ergo quod
considerandum autem primum quidem est de
motu nam fortassis non solum flm est substan-
tiam ipsius anime esse sic mobilem z esse talē
qualem aiunt phi dicentes animaz esse quod
est mouens se ipsam aut qz possibile ē se moue-
re sed inesse ipsi anime motus est vnus quod-
dam demō impossibilium. Non enim solum i-
conueniens est animam esse sic mobilem vt po-
nebant phi sed fortassis. est impossibile quod
aliquo modo insit ei motus quia nullo modo
videtur posse eē mobilis. Notandum autē
qz dicit fortasse quia licet anima nullo modo sit
mobilis per se tamen est mobilis per accidēs

Deinde cum dicit qz quidem. igitur. exequ-
tur de intento oīs animam non eē sic mobilem
vt ponebant antiqui circa qz duo facit quia pri-
mo remittit nos ad rōnes factas in libro phi-
sicoz secundo preter rationes illas adducit
alias rationes novas quod nō sit possibile ani-
mam sic moueri vt confitebantur antiqz ibi du-
pliciter autem mouetur omne dicit ergo quod
quidem igitur non necesse sit mouens z ipsuz
moueri dictum est prius in phisicis nam i ter-
tio phisicoz ostensum est quod motus nō ē
in mouente sed in moto. Et quod non omne
mouens mouetur in. viii. phisicoz est de-
claratum vbi probatur quod est deuenire ad
aliquid mouens omnino immobile cum ergo
antiqui ponerent quod anima se ipsam moue-
ret eo quod nihil moueret nisi moueretur et
ipsum patet hoc falsum esse per ea que sunt in
phisicis declarata. Deinde cum dicit du-
pliciter enim mouetur adducit nouas rōnes
contra positiones antiquozum circa quod duo
facit quia primo ne laboret in equiuoco distin-
guit motum in per se z per accidens. secundo
adducit rationes ostendentes animam non eē
per se mobilem vt ponebant antiqui ibi qua-
tuor autem dicit ergo quod dupliciter moue-
tur omne autem secundum alterum idest per
accidens aut secundum se ipsum idest per se
secundum alterum autem dicimus mouere
quicquid mouetur ex esse idest ex eo quod est
in eo qz mouetur per se vt naute mouentur p
accidens quia sunt in nauē que mouetur per se
non enim silr mouentur suppt naute z nauis

nam hec qdem enim .i. nauis mouetur scdm
seipam .i. p se. Illi aut .i. naute mouentur ex ee
idest ex eo q sunt in eo q mouetur .i. in nauis q
mouetur per se manifestu est autem hoc in pti
bus nam proprius quidem motus pedu e abu
latio .h. asit .i. ambulatio e et hominuz na qua
do homines mouentur per se tunc ambulant
z mouent p motu pedu z subdit q no inest ac
tunc nautis supple ambulato. naute ergo quia
tunc cum sunt in nauis non ambulant nec mo
uentur ex eo q non moueantur eorum partes
idest pedes eorum non dicuntur moueri per se
sed per accidens addit autem q dupliciter uti
q dicto moueri no intendimus de motu p ac
cidens sed nunc intendimus de anima si per se
ipsam mouetur et si participat motu per se.

Deinde cum dicit quatuor autem adducit
rationes qua plures ostendens quod anima no
mouetur per se vt opinabantur antiqui circa
quod .vi. facit secundum quod sex rones addu
cit. secunda ibi amplius autem z si natura. ter
tia ibi. amplius autem siquidem. quarta ibi.
quoniam autem videtur. quinta ibi motu aut
vi. ibi. at vero z si mouet. dicit ergo quod cum
sint quatuor motus videlicet motus loci. mu
tationis motus alterationis augmenti z de
trimenti. Si mouetur anima aut mouetur se
cundum vnum horum motuum aut secundum
plures aut secundum omnes z addit q si mo
uetur anima no secundum accidens inest ipsi
anime motus natura idest naturaliter z per se
si autem .h. idest si motus inest anime z natu
raliter z per se z locus suppet competit ipsi ani
me quod est inconueniens ideo sequit quod om
nes dicti motus sunt i loco si ergo est substantia
idest substantialis diffinitio anime mouere se
ipsam per se inest moueri ipsi anime z non in
erit ei secundum accidens. sicut inest albo z tri
cubito. mouentur enim z hec sed secundum ac
cidens. nam corpus illud cui insunt ista mouet
per se vnde non est locus per se ipsorum ani
me autem erit locus. siquidem participat mo
tu natura idest naturaliter z per se quasi dicat
quod albo z tricubito non erit locus per se qa
hec non mouentur per se sed per accidens ani
ma autem erit per se locabilis quia ponitur p
se mobilis. Notandum autem quod accipi
endo large motum vt includit mutationem
sic dicuntur esse sex spes motus scilicet genera
tio corruptio loci mutatio alteratio augmen
tum z diminutio. verum quia generatio z cor
ruptio non sunt motus. sed sunt mutationes
z sunt termini motus ideo spes motus sunt il
le quatuor que tanguntur in littera. Du
bitaret forte aliquis quia videtur falsum ee q
in littera dicitur quod videlicet omnes dicti mo
tus sint in loco nam cum non per omnes illos
motus acquiratur locus non videtur quod om
nes illi motus sint in loco per loci enim muta
tionem acquiratur locus per augmentum z di

minutione mutatur locus sed per alteratione
non oportet mutari locum non ergo alteratio
est in loco. Dicendum q hoc tripliciter pot
solui z quocumq modo soluat videtur sufficere
ad propositum primo sic vt referatur .h. ad ipa
mobilia secundum .h. ergo omnes dicti motus
sunt in loco quia quicquid mouetur. per se quo
cumq illorum motuum est quid mobile z loca
bile si ergo anime competit per se aliquis illoru
motu anima erit qd locabile z ppeteret ei p
se locus quod e inconueniens scdo mo. .h. pot sol
ui si referatur .h. ad ipm modu mouendi. Ita
si dicatur q alteratio no est in loco. cum alteratio
requirat approximationem alterantis ad alteratu
z hoc no possit fieri sine loco quod e per se alte
rabile est p se locabile z tunc idem q prius erit
ergo anima per se locabilis si per se sit aliquo
modo mobilis. tertio mo. .h. pot solui si refera
tur .h. ad ipos motus. nam motus localis est
motus primus sicut ergo valet cuiusq inest
sensus inest ei tactus eo q tactus sit sensus pri
mus. sic valet cuiusq inest motus inest ei mo
tus localis. eo q huiusmodi motus sit motus pri
mus. oes ergo isti motus sunt in loco quia oes
supponunt motum locale qui de necessitate
requirit locum no. n. plus vult phus p. .h. ver
ba q omnes isti motus sunt i loco. nisi q quic
quid per se mouetur aliquo istorum motuum
illud est quid locabile anima. ergo qualitercu
q sit per se mobilis erit per se locabilis q est
inconueniens. Alterius forte dubitaret ali
quis quare sit inconueniens animam esse per se
locabilem dicendum quod anima humana
est specialis ratio quare non sit per se locabilis
idest quare non occupat locum quia cum non
sit quanta nec sit extensa extensione corporis lo
cum occupare no potest possumus tamen vna
rationem eodem adducere de omni anima na
quicquid non habet per se esse non habet per
se moueri nec per se ppetit ei locus cum ergo
omnis anima sit quedam forma z nulla for
ma habet p se esse nulli anime pot ppetere p
se moueri per se locus. Alterius forte dubi
taret aliquis quomodo tricubitum z album
sunt in loco per accidens dicendum quod no
aliud significat album qz albedo album itaqz signi
ficat qualitatem cuius z albedo qualitatem si
gnificet sic et tricubitum significat quantitatem
cum ergo qualitas z quantitas non habeant
esse per se non mouentur per se nec sunt in lo
co per corpus igitur cui insunt ista mouentur p
se z est in loco per se. .h. autem non habent ista
per se sed per accidens. Deinde cum dicit
amplius autem aducit secundam rationem
dicens q amplius autem si aliquid mouetur
natura mouetur et violentia et econuerso si
mouetur aliquid violentia mouetur et per
naturam eodem autem modo se habet et de
quiete quia quod quiescit natura. potest qui
escere violentia et econuerso quia illud in quo

aliquid mouet natura & quiescit in. h. natura
In q̄ aut mouet violentia quiescit in hoc vio-
lencia quare si appetit anime motus natura cō-
petit ei motus violentus. sed reddere. i. ostendere
quales sunt motus. aie violenti & quales sunt
quietes violente neq; volētibus fingere ē faci-
le nō solū. n. ubi hoc possemus dicere secundū
veritatez sed ēt p̄ figmentum velle assignare
talīa ēēt difficile. Notandum autem secun-
dum temistium. quod corpus potest moueri vi-
olenter non autez anima nisi forte dicatur ani-
mam moueri violenter idest per accidens. in
quantum moto corpore violenter & per accidens
mouetur & anima sed proprius motus anime
est per desiderium. & appetitum secundū quez
modum non potest intelligi q̄ mouebatur vio-
lenter. Dubitaret forte aliquis quia nō v̄
veruz q̄ quicquid mouetur natura moueatur
violencia nam celum mouetur naturaliter nō
tamen potest moueri violenter diceñ. q̄ scdm̄
quosdam hec ratio in se considerata est falsa ta-
men vt est ad propositum est vera nam antiq̄
ph̄i vt dicunt ponebant animā de natura ele-
mentozum nec ponebant aliquod corpus mo-
tum nisi elementatū vel q̄ esset de natura ele-
menti & de tali corpore verum est quod quicquid
mouetur natura mouetur & violentia & ecōuer-
so. sed. h. videtur falsum quod omnes antiqui
opinati sint sic. nam almeon vt supra dicebat
posuit animam de natura corporis celestis nō
ergo omne corpus posuerunt antiqui esse de
natura elementi nec quilibet antiquoz posuit
animaz de natura elementi propter hoc dōm̄
est aliter sciendū ergo aliq̄z motum habere qui
etiam oppositam & hoc modo mouentur. hec
omnia inferiora tamen animata quaz ianima-
ta & si dubium est de aliquibus inferioribus q̄
aliquando moueantur. & aliquando quiescant
forte dubium est de tota terra. vel de partib̄
existentibus circa centrum terre vtrū eis pos-
sit accidere. motus omnia talia alia vel mo-
tu progressiuo. vel motu dilatationis & constri-
ctionis aliquando mouentur aliquando quie-
scunt. cum ergo aliqui ph̄i loquentes de ania
vt plurimum non loquerentur nisi de anima
animalium. cum motus factus a tali anima
habeat quietem oppositam. h. ratio vt est. q̄
antiquos. est oīo vera quia quicquid mouetur
motu habente quietem. oppositam potest mo-
ueri naturaliter & violenter q̄ autez ratio Alz.
sit intelligenda de motu habente quietem op-
positam ex serie littere potest manifestum ēē.

Deinde cum dicit amp̄ aut siquidem po-
nit rationem tertiam dicens. quod siquidē ali-
quid mouebitur sursum erit ignis si vero de-
orsum erit terra. nam horum corporum sunt
hii motus videlicet terre sur̄ ignis deorsum
eadem autem ratio est & de aliis elementis
quia quodlibet elementorum tendit ad aliquē
determinatum locum. tunc autem formetur

sic ratio quodlibet elementorum tendit ad ali-
quem determinatum locum. sed motus factus ab
anima non est ad aliquem determinatum locū
s̄ ad omnē differentiam positionis. ergo mo-
tus factus ab anima nō est per naturam alicu-
ius elementi & per consequēs. anima nō est ele-
mentum nec ex elementis vt p̄cedebant antiq̄

Notandum autem q̄ ali competit duplex
motus vnus p̄pter gravitatē & hic est deorsū
tantum & est per naturam elementi d̄stantis
in corpore animalis alius est ad omnez diffe-
rentiam positionis & hic motus est ab anima
factus per appetitum. Notandum etiā q̄
semper in quolibz mixto. d̄natur aliquod ele-
mentuz vt probat p̄mentator in primo celi et
mundi & scdm̄ d̄nium illius elementi mouetur
mixtum. quicquid ergo mouetur sursum vel est
ignis vel dominat̄ ibi ignis. & quicquid mouet̄
deorsum vel est terra vel dominat̄ ibi terra &
sic de aliis elemētis. si ergo anima esset elemē-
tum vel ex elemētis. vt ponebant antiqui mo-
tus factus ab ipa esset ad vnā differentiam po-
sitionis tantū quod uide⁹ falsum esse. Notā-
dum autem q̄. h. ratio posset aliter induci vt
p̄cluderetur q̄ si anima moueretur sursum vel
deorsum vel moueret̄ per se ad aliquā d̄tiam
positionis. vt ponebant aliqui antiqui tunc nō
esset forma sed esset ignis vel terra vel aliquod
huiusmodi corpus quod ē incōueniens. De
inde cum dicit quoniā aut videtur. ponit quar-
tam rōnem dicens quod autem anima videt̄
mouere corpus rationabile est mouere corpus
his motibus quibus mouetur. & ipa aia si aut
h. & p̄uertentibus. i. ecūuerso est v̄z dicere v̄z
q̄ scdm̄ q̄ mouetur. h. corpus mouet̄. & ipa aia
corpus aut mouetur scdm̄ loci mutationē q̄re
& anima mutabit̄ scdm̄ quod mutat̄ corpus.
mouebitur ergo anima translata aut tota aut
secundum partes. sed si anima scdm̄ se totam
potest mutare locum scdm̄ se totam p̄t̄ muta-
re corpus si autem verum est. h. p̄tingit aiam
exirentē. corpus iterū ingredi corpus & ad hoc
sequitur mortua corpora vel animalia resur-
gere. Notandum autem q̄ corpus anima-
tum aliquando mutat locum secundum se to-
tum vt est cū totaliter deserit locum primum
aliquando uero mutat locum scdm̄ partem vt
cum nō totaliter deserit locum primum quare
si anima mouet corpus quia mouetur & ipa &
si eodem modo sicut mouetur & corpus mouet̄ &
ip̄a cum corpus aliquando transferatur scdm̄
se totū aliquando secundum partes oportebit
dicere quod anima aliquando transferatur se-
cundum se totam aliquando secundum partes
huiusmodi. n. illationes licet nō sequantur sim-
pliciter sequuntur tamen suppositis p̄nibus
antiquorum. Dubitat autem hic porphiri-
us vt themestius recitat quia nō videtur v̄z
esse q̄ ph̄s ait videlicet q̄ quando aliqd mo-
uet aliud. qz mouetur & ip̄z quod eodē modo

57 41

7
moueat mouens quo mouet mouibile quia
sol mouet vapores & trahit eos motu recto ip
se tamen sol non mouet motu recto sed circu
lari. similiter etiam homines trahunt nauem
ipsi tamen homines non trahuntur. ad. h. soluit
themestius quod si anima mouet corpus quia
mouetur & ipsa digna est quod moueat eisdem
motibus quibus mouetur & corpus quia si cor
pus mutat locum & anima mutabit locum non
est ergo intentio *Alx.* quod mouens & motum
moueat. eodem motu numero. uel eodem mo
tu spe. ut quod homines trahentes trahuntur
& ipsi sed p tanto mouetur eodem motu nauis
tracta & homines trahentes quia si nauis tra
cta mutat locum & homines trahentes muta
bunt locum. ergo si corpus animatum muta
bit locum & anima mutabit locum. tamen qa
nunc. h. uidetur sufficere. dicamus vba *Alx.*
intelligenda esse de motu immediate facto. sol
enim non mouet vapores immediate secundum
motum localem sed per prius vapores aliat
& eis incorporat calorem quendam per quem
calorem incorporatum vapores trahuntur sur
sum sed si aliquid moueat aliud localiter & h.
immediate & non moueat illud nisi moueatur
& ipm opz quod simili motu moueat vtrunqz
& si non simili per omne modum tamen quan
tum ad hoc mouebuntur motu simili quod si unum
mutat locum. mutabit & aliud. de motu ergo
locali immediate facto verum est quod dicitur
quare secundum positionem antiquorum anima
mutabit locum & ibit a corpore in corpus quod est
inconueniens. Alterius forte dubitaret ali
quis quia etiam in proposito uidetur esse falsum
quod dicitur. nam anima mouet prius secun
dum desiderium & appetitum & ipsa sic mota mo
uet corpus localiter. ergo verum est quod anima
non mouet corpus nisi moueatur. & ipsa & tamen
falsum est quod eodem modo moueat ipsa quo
mouetur & corpus quia ipsa mouetur per deside
rium & appetitum corpus vero mouet secun
dum locum dicendum quod ista dubitatio con
git ut innuit themestius ex eo quod aliqui nesciunt
distinguere inter operationem & motum. nam
operatio est actus perfecti motus autem est actus
imperfecti velle ergo & desiderare & intelligere
& imaginari & cetera. talia per que anima pot
mouere corpus non proprie dicunt motum sed
operationem sed si anima moueretur proprie ut
ponebant antiqui modo quo dictum est simili
motu moueret ipsa quo moueret & corp^o. Al
terius forte dubitaret aliquis vtrum si anima
mutaret locum pertingeret resurrectio mortuo
rum dicendum quod si anima mutaret locum
posset mutare corpus & si mutaret corpus illud
corpus a quo exiret desineret viuere & incipe
ret mori illud autem corp^o quod intraret si esset in
animatum per introitum anime inciperet esse
animatum & inciperet viuere. hoc ergo modo
posset contingere resurrectio mortuorum quia ani-

me exeuntes propria corpora possent intrare cor
pora mortua et per sequens possent illa facere
resurgere. Aduertendum tamen. h. esse atten
dendum secundum themestium quod aliqui
posuerunt animam in corpore quasi aquam in
vase. aliqui vero superaddiderunt aliquam p
portioem inter corpus & animam quare si non
requiritur ibi proportio sed sufficit animam esse in
corpore quocumque modo ad hoc quod corpus
illud viuat & sit animatum si anima exiens a
corpore proprio intraret corpus mortuum conti
geret resurrectio mortuorum. sed si requiritur p
portio inter corpus & animam si exiens anima
a corpore proprio intraret corpus mortuum non
oporteret quod illud corpus mortuum resurge
ret & inciperet viuere quia non esset ibi proportio
inter corpus & animam. Deinde cum dicit mo
tum autem ponit quintam rationem dicens quod
motum autem est aliquid secundum accidens
si moueat ab altero videmus enim quod vio
lentia utique depellitur aliter & tunc non mouetur
ex se. sed non oportet cui competit moueri a seipso
in substantia id est essentialiter hec moueri ab alio nisi
si moueat seipsum accidens immo illud quod mo
uet a seipso nullo modo mouetur ab alio sicut
neque quidem quod appetit secundum se bonum
aut propter seipsum hoc quidem est propter aliud quia
si esset appellare propter aliud iam non esset bo
num propter se sed esset bonum alterius causa si er
go anima mouet a se non mouet ab alio sed mo
uetur ab alio quia mouet a sensibilibus ideo seq
tur quod si quidem mouet anima maxime uti
que dicit aliquis animam moueri a sensibili
bus quare cum anima moueatur ab alio ut a
sensibilibus non proprie mouebit a se ut dicebat
antiqui. Dubitat autem hic themestius p
pterea verba platonis dicentis quod anima non
mouet a sensibilibus sed sensibilia occurrunt
motibus anime nam anima secundum dicta
sua cognoscit res per contactum ex eo quod appli
cat se rebus non ergo secundum hoc sensibilia
mouent animam sed occurrunt anime ex eo quod
applicat se eis sed hec positio ut probatur in 1^o
& tertio huius est falsa quia anima cognoscit
res non ex eo quod applicat se rebus sed quia res
imprimunt species suas in anima quas im
primendo aliquo modo mouent animam. De
inde cum dicit at vero & si mouet ponit vlti
mam rationem dicens quod si ipsa anima seipsum
mouet supple substantialiter & ipsa utique mo
uebit supple a sua substantia quare quoniam om
nis motus fit a distantia eius quod mouetur
ab eo secundum quod mouetur anima tunc cri
bit vel distabit utique a substantia sui ipsius si
mouet secundum seipsum nisi se moueat secun
dum accidens sed secundum antiquos motus
est ipius substantie anime per se. Notandum autem
vini rationis huius in hoc consistere quia cum mo
tus sit distantia eius quod mouet secundum quod
mouet sicut quid mouet localiter distat a loco.

In quo erat & mutat illum locum vel secundum se totum vel secundum partes sic si anima mouetur secundum substantiam distabit a substantia sua. & perdet substantiam suam vel ergo tota anima vel saltem partes eius desinent esse & amittent suam substantiam & naturam quod est inconueniens

lec. 11.

¶ Vidam autem & mouere &c. Postquam philosophus adduxit rationes generales contra venientes animam per viam motus in parte ista ut dicebat descendit ad speciales opiniones antiquorum circa quod quinquaginta facit quod primo descendit ad opinionem democriti. secundo ad opinionem platonis. tertio ad opinionem empedocle. quarto ponit quandam opinionem que dicitur tunc fuisse platonis. quinto descendit ad opinionem zenocratis. secunda ibi eodem autem modo. tertia ibi alia autem opinio quedam. quarta ibi rationabilis autem. quinta ibi multum autem ex hiis que dicta sunt circa primum duo facit quod primo adducit opinionem democriti. secundo eam improbat ibi nos autem interrogabimus dicit ergo quod quidam dicunt animam mouere corpus sicut mouet & ipsa ut democritus similiter dicens philippo didascalo id est magistro comediarum. iste enim philippus ait dedalum fecisse lingnea mineruam id est statuam illius deo mobilem effundens argentum fusile id est argentum viuum mouebat ergo illa statua per motum argenti viuus similiter autem & democritus dicit inquit enim indivisibiles speras ex quibus componitur anima esse motus propter id quod apte nate sunt. nunquam manere id est nunquam quiescere illas vero sic motus dicit contrahere & mouere corpus omne id est corpus totum. Notandum autem statuam minerue sic fuisse ordinatam quod quando aliqui accedebant ad ipsam ambulabant super quasdam tabulas. sub quas erat argentum viuus illis ergo sic ambulantes comprimebant argentum viuum quod continuabat usque ad statuam quo compresso agitabat statuam & faciebat ipsam moueri quare sicut argentum viuus mouebat statuam sic secundum democritum atomi ex quibus componebat anima motu mouebant corpus. Deinde cum dicit nos autem interrogabimus disputat contra opinionem democriti circa quod duo facit secundum quod duas rationes adducit contra ipsum. secunda ibi omnino autem. dicit ergo quod nos interrogabimus democritum si hoc idem id est si hoc eadem corpora indivisibilia que sunt causa motus si hec eadem causa facit quiescere aliam quomodo autem faciet eam quiescere est difficile aut impossibile assignare. Notandum autem quod cum aliquando moueat aliquando quiescat oportuit assignare non solum causam motus sed etiam eam quietis quod non potuit facere democritus per atomos cum poneret eos semper mo-

tos. Deinde cum dicit omnino autem adducit secundam rationem contra democritum dicebat enim democritus quod anima sic mouet aliter sicut mouet & ipsa ideo ait quod omnino autem non sic videtur anima mouere animal sicut ponebat democritus videlicet quod ipsa localiter mota moueat corpus per huiusmodi motum sed mouet ipsum per quamdam voluntatem & intellectum non ergo anima mota mouet corpus. sed anima volens & intelligens mouet corpus. Deinde cum dicit eodem autem modo disputat contra opinionem platonis circa quod duo facit quia primo recitat huiusmodi opinionem. secundo eam improbat ibi primum quidem igitur circa primum tria facit nam anima ad tria potest comparari videlicet ad corpus suum ad principia sua & ad operationes suas. secundum autem quod operatur ad suum corpus sic est complexa corpori & mouens ipsum potest vero comparari ad sua principia. sic dicebat plato animam esse ex numeris consonantibus siue est numeris armonicis sed pro ut comparari ad suas operationes sic dicebat plato quod anima erat aspectus rectus reflexus in circulum quem circulum diuidebat in duos circulos. & aliter circulum in septem circulos ut essent motus anime id est operationes eius conformes motui celi. tria ergo facit secundum quod hec tria declarat. secunda ibi constituta enim tertia ibi aspectum rectum. dicit ergo quod eodem modo & thymeus id est ille liber platonis philosophizans id est philosophando dicit animam mouere corpus in eo quod est id est contingit moueri ipsam animam & dicit etiam idem plato quod anima mouet corpus propter id quod est conuera corpori. Deinde cum dicit constituta. n. ostendit quod ex eo quod anima comparatur ad sua principia est constituta ex numeris consonantibus. h. est ergo quod ait quod anima constituta est ex elementis id est ex suis principijs & secundum hoc dicimus eam esse dispartitam secundum numeros armoniacos id est consonantes quatenus habeat conaturalem sensum armonie id est consonantie & ut omne id est ut totaliter ferat secundum motus consonantes id est secundum motus & operationes concordantes & proportionatas. Deinde cum dicit aspectum rectum ostendit quomodo secundum opinionem platonis comparatur anima ad suas operationes. nam animam secundum suam operationem dicimus prius esse aspectum rectum & lineam rectam quem aspectum rectum & lineam rectam deus reflexit in circulum ordinavit. n. sic deus animam quod prius intelligeret aliam per rectum aspectum & postea intelligeret se per modum cuiusdam circulationis & reflexionis diuidens ex vno circulo duos circulos id est deus constituens sic animam diuisit hunc circulum in duos circulos dupliciter coordinatos item vnum diuisit in septem circulos tanquam essent celi motus anime motus. Dubitaret forte aliquis quomodo plato posuit animam componi

componi ex numeris armoniis dicendum quod plato in thimeo principaliter loquitur de anima mundi seu de anima celi hanc autem posuit componi ex numeris armoniacis vel consonantibus si autem dixit animam nostram esse sic compositam hoc pro tanto dixit quod anima nostra est secundum eum imago illius anime quare si videre volumus quomodo anima nostra sit composita ex numeris armoniacis videndum est quomodo anima celi sit composita ex talibus numeris armoniacis. Sciendum ergo quod secundum platonicos et pythagoricos et ut ait machrobis in libro de somno scipionis experis celestibus et ex motibus celorum resultat maxima armonia et maxima consonantia et quod omnes motus celestes procedunt ab animabus celorum posuit celestes animas componi ex numeris consonantibus animas autem nostras posuit esse compositas ex talibus numeris in quantum imitant illas celestes animas. vltimus forte dubitaret aliquis quomodo sit intelligenda opinio platonis. dicendum quod in positioe platonis videndo quomodo anima sit constituta. tria videntur difficultatem habere. tangit enim plato quosdam difficultates circa numeros quosdam circa animam et quosdam circa celos ut ergo plene appareat eius opinio. sciendum quod quantum ad presens spectat quinque sunt que reperiuntur tam in numeris ex quibus componitur anima quam etiam in celis et animabus hec autem sunt consonantia aspectus rectus duplex coordinatio idemnitatis et diuersitatis et reflexio in circulum. tria ergo sunt declaranda. primo enim declarandum est quomodo hec quinque reperiuntur in numeris ex quibus componitur anima. secundo quomodo reperiuntur in celo. tertio quomodo reperiuntur in anima. primum sic patet. nam numeri ex quibus ponebat plato componi animam. hiis esse dicebantur videlicet unus duo. tres. quatuor. octo. nouem. et vigintiseptem in his enim numeris primo reperitur consonantia quod in eis quodammodo reperiuntur omnes proportionales musicales. possumus enim assignare sex proportionales musicales quarum prima vocatur diapason que dicitur proportio dupla. secunda vocatur diapente que dicitur proportio sexquialtera alia dicitur composita ex diatesaron et diapason que facit proportionem duplam et duarum tertiarum alia proportio vocatur tonus qui dicitur proportio continens totum et octauam partem vltima proportio dicitur composita ex diapason et diapente que faciunt proportionem triplam. nam diapason facit proportionem duplam diapente continet proportionem vnius cum dimidia quare si diapason ducatur in diapente id est si duo ducantur in vnum cum dimidio resultat inde tria. nam bis vnum cum dimidio sunt tres ex diapason ergo et diapente constituitur proportio tripla. et diapason vero et diatesaron constituitur proportio

duorum et duarum tertiarum quod diapason ut dictum est. est proportio dupla diatesaron vero est proportio vnius et tertij bis autem vnum et tertium faciunt duo et duas. tertias omnes autem hee proportionales inueniuntur in prefatis numeris nam inter duo et vnum est diapason inter duo et tria diapente inter tria et quatuor diatesaron inter tria et octo est proportio composita ex diapason et diatesaron que est proportio duorum et duarum tertiarum nam. viij. continet bis tria et continet duas vitates que sunt due tertie de tribus. inter octo autem et nouem reperitur thomis quod nouem continet totum octo et continet vnitatem vnam que est octaua pars de octo inter. ix. autem et. xxvij. est proportio composita ex diapason et diapente que est proportio tripla. nam. xxvij. continet ter. ix. reperitur itaque in his numeris consonantia secundo reperitur in his aspectus rectus in quantum hiis numeri sequenter se excedunt quia semper posterior excedit prior. unde debent omnes hiis numeri. primo in vna linea serie scribi ut ostendat eorum consonantia et eorum aspectus rectus. tertio in his numeris est duplex coordinatio vna parium. alia imparium vel vna est coordinatio duplorum alia triplozum. unde postquam omnes prefati numeri scripti sunt in vna linea ut ostendatur eorum consonantia et eorum aspectus. rectus scribendi sunt postea in duabus lineis facientibus tonum ita quod icono scribatur vnitatis et ex vna parte scribantur numeri pares et dupli qui sunt. ij. et. iij. octo. ex alia vero parte scribantur numeri impares et tripli qui sunt tria. ix. xxvij. quarto in his numeris reperitur idemnitatis et diuersitatis. nam cum hiis numeri habeant duas coordinaciones vnam parium aliam imparium ratione numerorum imparium est ibi idemnitatis. quia si omnes numeri impares ponantur semper resultat ibi eadem species numerorum quod semper resultat quadratum quod patet nam prima imparitas est vnitatis. secunda ternarius unde vnum et tria faciunt quatuor qui est numerus quadratus. tertia imparitas est quinaris. quinque vero et quatuor faciunt nouem qui est numerus quadratus et sic de aliis Si enim omnes numeri impares componantur semper resultat eadem species ratione autem numerorum parium et ibi diuersitas quia ex diuersis numeris paribus compositis non semper fit eadem species numerorum est enim prima paritas dualitas. secunda quaternarius. duo autem et quatuor faciunt sex qui est numerus superficialis. tertia paritas est sex. sex autem et sex sunt duodecim qui est numerus solidus. variata est ergo species numeri ex compositione parium numerorum. quinto in prefatis numeris est quedam reflexio circularis. nam ibi ab imparibus fit processus ad paria et a paribus ad imparia per modum cuiusdam reflexionis. nam si vnitatis a qua fit processus adda

etur binario qui est numerus par. fiet inde triarius qui est numerus impar propter quod erit processus a paribus ad imparia. rursus si unitas addat ternario qui est numerus impar fiet ide quaternarius qui est numerus par et fiet econuerso per modum cuiusdam reflexionis et circulationis processus ab imparibus ad paria quam postquam prefati numeri sunt scripti secundum lineam rectam ut ostendat eorum consonantiam et eorum aspectus rectus et postquam secundo scripti sunt secundum duas lineas facientes tonum ita quod in cono scripta est unitas et ex una parte sunt scripti numeri pares et duplices et ex alia impares et triplices ut ostendat eorum duplex coordinatio et eorum idemptitas ratione imparium et diuersitas ratione parium sunt predicti numeri tertio scribendi in duabus lineis facientibus tonum ita quod unitas non scribat in cono sed scribatur una unitas in capite unius lineae et ex illa parte scribantur numeri pares et duplices. alia unitas scribat in capite alterius lineae et ex illa parte scribantur numeri impares et triplices et tunc ducatur una linea ab unitate ad ternarium et quia ex uno et tribus resultant quatuor. dabitur intelligi quod sit processus a paribus ad imparia alia linea ducatur ab unitate ad binarium et resultabit idem ternarius qui est numerus impar. dabitur ergo intelligi quod non solum est processus a paribus ad imparia sed etiam econuerso et quod circulariter est processus ab imparibus ad paria. Et sic quomodo in numeris sunt omnia illa quinque. Restat declarare quomodo in celo omnia ista quinque habent esse sciendum ergo quod ante tempora ari. certitudinaliter non sunt inuentum esse aliquod celum ultra octauam speram si autem aliqui locuti sunt de noua spera. h. sunt propter quasdam adaptaciones sicut fecerunt pythagorici qui propter speram accidentiorum et passiuorum et propter octo speras celestes decimam addiderunt volentes speras esse in numero denario eo quod numeri progrediuntur usque ad decem. nam numeri non videntur ire ultra decem et non videntur ultra decem esse enumeratio sed magis videntur replicatio et reassumptio eius quod acceptum est. Ponendo ergo. viij. speras celestes ita quod octaua spera sit vltimum mobile. est ibi quidem aspectus rectus quantum ad axes. intelligitur enim quidam axis et quedam linea recta transire de polo ad polum circa quos polos vertitur celum ratione ergo huius axis sic transeuntis est in celo aspectus rectus. ratione autem motuum est ibi quedam consonantia et quedam proportio. nam quilibet planeta et quilibet stella in suo orbe equaliter mouetur ita quod respectu proprii centri semper in equalibus temporibus transit equales arcus et abscindit equales angulos. tertio ratione diuersitatis polorum est ibi duplex coordinatio. nam poli mundi vel poli vltimi mobilis distant a polis aliarum sperarum se

re. xliij. gradibus ita quod secundum alios et alios polos aliter et aliter reuoluntur orbis. nam super polos mundi fiunt reuolutiones ab oriente in occidentem super alios vero polos fiunt reuolutiones econuerso. Quarto est ibi idemptitas et diuersitas. nam idemptitas est ibi respectu vltimi mobilis quod semper mouetur eodem motu diuersitas vero est ibi ratione aliarum sperarum que mouentur diuersis motibus

Quinto est ibi circulatio que est ibi ex perpetuitate motus. habito quomodo omnia hec quinque reseruentur in numeris et quibus componitur anima et est in celo. Restat videre quomodo hec omnia reseruentur in anima sciendum ergo quod in anima est consonantia respectu propriorum actuum et propriarum operationum quia omnes potentie anime secundum quandam consonantiam et secundum quandam proportionem tendunt in suos actus et in suas operationes. secundo est ibi aspectus rectus respectu obiectorum quia in obiecta anima tendit. recto aspectu. tertio est ibi quedam reflexio et quedam circulatio respectu sui quia anima cognoscendo alia reflectitur supra se et cognoscit se ita quod motus incipit ab anima ad res in quantum anima fertur in cognitionem rerum et postea a rebus reuertitur ad animam in quantum anima cognoscendo alia cognoscit se et quia iste motus est ab eodem in idem quasi quidam circulus dici potest. Quarto est ibi duplex coordinatio ratione modi cognoscendi quia est ibi vnus modus cognoscendi sensibilis et cum conditionibus materie. alter vero intelligibile et sine huiusmodi conditionibus

Quinto est ibi idemptitas et diuersitas ratione pluralitatis potentiarum. nam in potentibus intelligibilibus est idemptitas quia sunt simplices et vnite. In potentibus vero sensibilibus est diuersitas quia sunt organice et extense vltimus forte dubitaret aliquis quomodo motus anime est sicut motus celi dicendum quod sicut in celo est aspectus rectus quia primo debemus intelligere lineam rectam transeuntem de polo ad polum que linea recta ab astronomis dicitur axis. postea huiusmodi aspectus rectus reflectitur in circulum quia super huiusmodi arcum qui est quedam linea imaginata fundatur motus circularis. tertio huiusmodi circulus diuiditur in duos circulos quia est ibi duplex circularis motus vnus ab oriente in occidentem alius econuerso. vltimus vnus horum circulorum diuiditur in septem circulos quia motus ille et circulatio illa que est ab occidente in orientem diuiditur in septem circulos planetarum sic in anima. primo est aspectus rectus in quantum cognoscit alia. secundo huiusmodi aspectus rectus reflectitur in circulum in quantum cognoscendo alia cognoscit se. Tertio huiusmodi circulatio diuiditur in duos circulos propter duo genera obiectorum. nam anima est apta nata cognoscere substantias separatas et illa cognitio ratione idemptitatis

ratis & simplicitatis assimilatur motui primi mobilis & est apta nata cognoscere ista corporalia & hec cognitio quia est inferior alia cognitione assimilatur motui inferiorum sperarum. Diuiditur autem iste circulus in septem circulos propter septem genera rerum corporalium quae quedam sunt elementa, quedam sunt admixta ut vapores & ea que non constant ex omnibus elementis sed ex aliquibus quedam uero sunt mixta ut illa que consistunt ex omnibus elementis, ita quod sunt tria genera inanimatorum & quatuor sunt genera animatorum uide licet negetiua sensitua secundum locum motiua & intellectiua. omnia autem hec corporalia sunt, nam ipsa animata intellectiua ut homines inter corporalia computari possunt. Diuiditur ergo alter circulus in septem circulos propter .h. septem genera obiectorum potest etiam hec diuersitas aliter sumi ut fiat hec diuisio non secundum obiecta sed secundum potentias ita quod sit prima diuisio in intellectum & sensum. Intellectus autem propter sui simplicitatem rem ineat indiuisus sensus autem diuidatur in septem ita quod in primo gradu sint sensus particulares, in secundo sensus proprii, in tertio imaginatio uel fantasia, in quarto estimatiua que ut est in hominibus a magis uocatur ratio particularis, in quinto gradu sit memoria, in sexto concupiscibilis, in septimo irascibilis quare si considerantur preacta est anima motus tanquam celi motus.

9th q^uo^o lec. 12.
Primum quidem igitur non bene ete. Posita opinione platonis hic philosophus eam reprobatur circa quod quatuor facit secundum quod plato in sua positione quatuor innuebat uoluit, n. plato quod intellectus esset magnitudo, secundo uoluit quod esset magnitudo circularis, tertio quod esset magnitudo circularis mota, quarto quod esset magnitudo circularis mota connexa corpori, primo ergo disputat contra platonem ex eo quod dicit intellectum esse magnitudinem, secundo ex eo quod ponit ipsum esse circulum, tertio quod ponit ipsum esse mobilem, quarto ex eo quod ponit ipsum connexum corpori nam & si est aliqua unio intellectus ad corpus non tamen est ille modus unionis nec est ille modus connexionis quem posuit plato, secunda pars incipit ibi necessarium autem intellectum esse circulum, tertia ibi adhuc autem intelligetia, quarta ibi laboriosum autem, circa primum tria facit secundum quod tres rationes adducit ad probandum intellectum non esse magnitudinem secunda ibi qualiter enim intelliget, tertia ibi amplius, quomodo intelligeret, circa primum duo facit quod primo ne laboret in equiuoco declarat de qua anima loquebatur plato cum dicebat animam esse magnitudinem circularem, secundo adducit rationem ad propositum quod anima non sit ma-

gnitudo ibi intellectus quidem unus, dicit ergo quod primum quidem igitur non bene est dicere animam esse magnitudinem & subdit quod plato uult eam animam que est omnis idest uniuersi sine animam mundi esse talem idest magnitudinem qualis est aliquando uocatus intellectus illam enim animam quam posuit plato magnitudinem esse aliquando plato uocabat eam animam omnis idest uniuersi aliquando uocabat eam intellectum et subdit quod anima quam posuit plato esse magnitudinem circularem non est uelud sensitua, n. est ut desideratiua, quia motus harum non est circularis. Notandum autem quod plato cum dicebat animam esse circulum uel esse magnitudinem circulem principaliter loquebatur de animabus celorum & maxime de anima primi mobilis siue de anima uniuersi si autem loquebatur de anima nostra ut tactus est, h. erat in quantum hec imitat illam inde ergo est quod aliquando animam uniuersi dicebat esse tale aliquando uero uocatum intellectum idest animam nostram que potest uocari intellectus dicebat tale esse. Dubitaret forte aliquis utrum sensus possit dici circulus & uideat quod sic per ea que in precedenti lectioneangebantur ubi diuidendo unum circulum in septem circulos dicebamur hoc posse intelligi de sensu distincto secundum septem gradus, in primum est hic philosophus qui uult sensum & desiderium non esse circulos, quia motus horum non sunt circulares dicendum quod sensus dupliciter possunt considerari uel in se uel ut deseruiunt intellectui si considerentur in se sic non sunt circuli quia non sunt super se uersui, probatur enim per plus in libro suo de relatione theologica quod nihil corporeum est supra se uersuum cum ergo sensus sit uirtus corporalis & organica in se consideratus non est circulus nec est supra se uersuum, sed si considerat ut deseruit intellectui sic potest aliquo modo uocari circulus id est tum ex operatione sensus surgit operatio intellectus que metaphorice circulus dici potest sicut ergo imaginatio dicitur circulus in quantum deseruit intellectui sic & operatio sensus aliquo modo dicitur precipare circularitatem in quantum deseruit operationi intellectus, dictum ergo platonis quod anima habet rationem circuli uel totum potest exponi de intellectu prout fertur in diuersa genera oborum & sic expositio non uidetur habere aliquam calumniaz uel modo quo dictum est & ut nunc est expositum potest exponi de intellectu & sensu non de sensu in se quia sic acceptus sensus ut hic dicitur non habet rationem circuli sed de sensu ut refertur ad intellectum infra quod sensus cui non prouigetur intellectus cuiusmodi est sensus brutorum nullo modo uidetur habere rationem circuli. Deum cum dicit intellectus autem unus ut dicebatur ostendit intellectum si esse magnitudinem ad cuius euidentiam est sciendum quod ut themestius innuit magis hoc reprehendit plato sui uerba quod sunt in intentionem, nam si aliquid rationes hic adducantur de-

recte contra intentōem platonis aliquē tñ ad
ducitur contra uerba. argunt. n. ratōnes ille
ac si plato non methaphorice sed simpliciter di-
xisset intellectum esse magnitudinem qñ ma-
le factum est. nam cum philosophus ueritatis
non debeat sub uelamine methaphoraru suā
sciam tradere plato autem qui fecit et in v̄bis
et in modo loquēdi reprehensibilis erat. quare
autem theologia nostra habeat hūc modū qd
sibi diuinus radius sub sacris uelaminibus et
sub sacris methaphoribus nobis pponit h̄z spālē
rōnem q̄ hic dīe p̄s opus non postulat. addu-
cit ergo rōnem primam. d. quod intellectus ē
ille qui est vnus et p̄tinuus sic intelligētia id est
sicut eius opatio. intelligentia autem id est opō
eius supple est vna et p̄tinua sicut intelligibilia
id est sicut obiecta. h. autem. i. obiecta intelli-
gibilia sunt p̄sequēter vnum sicut numerus sed
non sicut magnitudo p̄pter quod quidem n̄z i-
tellectus est sic p̄tinuus quasi dicat qd cum oīa
intellectus nō sint p̄tinua sicut magnitudo nec
intellectus est sic p̄tinuus sed at̄ est intellectus
partibilis aut non est sic p̄tinuus sicut est ma-
gnitudo aliqua. Notandū autē qd cū poten-
tie distinguatur p̄ actus et diffiniantur et actus di-
stinguatur et accipiant spēm ex obiectis oīz nos
loqui de potentia intellectiua sicut loquimur
de eius actu et de eius obiecto cum ergo oīa in-
telligibilia non sint p̄tinua lz possint esse p̄ se
habentia in quātū vnum intelligimus post ali-
ud. Intellectus non d̄z dici magnitudo p̄tinua
vt plato opinabatur. Notandum ē qd potest
extendi hec rō non solum p̄tra uerba platonis
sed etiam p̄ intentōem. nam ē methaphorice
loquendo si intellectus d̄z dici magnitudo. h. ē
in quantum ferē in eius obiectum cum ergo eti-
am sic non debeat dici magnitudo p̄tinua nul-
lo modo videt̄ habere ueritatem platonicoz
loquūtō. Deinde cum dicit qualiter enīz
intelliget adducit fam rōnem circa qd duo fac̄
qz primo adducit huiusmodi rōnem. secundo
remouet quandam cauillatōem. possibilē fieri
circa p̄tracta ibi si autem sufficiens. dicit ergo qd
liter enim intellectus ē sic magnitudo intelli-
get quālibet p̄tium ip̄ius id est p̄ quālibet p̄tem
eius aut supplet intelliget parte fm magnitu-
dinem id est parte quantitatiua. aut intelliget
fm punctum si op̄z et. h. dicere p̄tem qz p̄ctus
non est p̄prie pars et subdit si quidem igit̄ fm
punctum id est si intellectus intelligit secundū
partem punctalem hec aut̄ sunt infinita mani-
festum ē qm̄ nequaquam p̄transibit illa. si ve-
ro fm magnitudinē. i. fm p̄tem quantitatiua
multoties et infinities intelliget idem videt̄
autē et semel p̄tingens. i. non videt̄ qd sit vera
opinio platonis quod intellectus existens ma-
gnitudo applicans se rei successiue intelligat il-
lam sed videt̄ quod absqz tali successione in si-
mul p̄tingendo rē intelligat ip̄am. Notandū
aut̄ hanc rōnem non p̄prie ē p̄ intentōem pla-

tonis sed p̄ uerba. ait enim intellectum non in-
telligere res applicando se rebus fm p̄tes pun-
ctalem vel fm p̄tem quantitatiua. put se ap-
plicans magnitudines corporales. Notandū
ē qd ait si. h. i. si punctum op̄z dicere partem
qz punctus non p̄prie est pars. si autem d̄z dici
pars. h. est fm op̄ionem platonis qui posuit li-
neam componi ex punctis superficiem ex lineis.
corpus ex superficiebus. Dubitaret forte
aliquis qz videt̄ hic ph̄s uelle qd intellectus
intelligat non successiue. sed insimul. p̄tingēdo
cuius p̄rium videt̄ uelle in de memoria et rē-
scentia ubi ait nostrum intelligere non esse sine
p̄t̄ n̄z sine tpe. dicendum qd nō est intentio ph̄
negare a nostro intellectu oēm successione et
omnem discursum sed uult qd in intelligendo
non sit illa successio fm partes quantitatiuas
aut partes punctales vt uidebat̄ intelligere
plato. Alterius forte dubitaret aliquis vñ
sequit̄ ista p̄clusio qd si intellectus intelligeret
applicando se rebus p̄ partes quantitatiuas
qz multoties et infinities intelligeret idē. Di-
cendum qd nunquā aliquid p̄transit aliqd spa-
cium nisi quelibet pars mouentis p̄transseat
qzlibet p̄tem sp̄cii quare si intellectus intelli-
git res applicando se eis fm p̄tem quantitati-
uam ad hoc qd intellectus p̄transseat totā rem et
applicet se toti rei op̄z qd quelz p̄ intellectus se
applicet cuiqz p̄ti rei et qz quelz parte quantitua
h̄z multas et quodāmodō infinitas p̄tes cū quodlz
p̄tinuū sit diuisibile in infinitū si p̄ quālz p̄tem
se applicat intellectus cuiqz p̄ti rei infinities se
applicabit eidem parti et p̄ p̄sequens infinities
intelliget idem. Deinde cum dicit si autēz
sufficiens remouet quandam cauillatōem pos-
sibilem fieri circa p̄tracta diceret. n. aliquis qd
non oportet intellectū intelligere. idē infinities
applicando se eidem p̄ infinitas p̄tes qz scdm̄
qz cūqz p̄tem se applicet intelliget totā rē. sed
si hoc esset non oporteret intellectum moueri
circulo nec habere aliquā magnitudinē si suf-
ficeret quīlz p̄tractus ad hoc quod intelligat to-
tam rem. id̄ ait si aut̄ sufficiens est intellectus
qz p̄rium. i. p̄ quālz p̄tem tangere rem et sup-
ple intelligere ip̄am totā quid op̄z. i. ad quid oīz
intellectū moueri circulo aut oīo h̄ere magnitu-
dinē si aut̄ necessariū ē intelligere tangētē toto
circulo id est totam rem circulariter quis erit
tactus partibus id est per quas partes tanget
et intelliget utrum per partes punctales vel p̄
partes quantitatiuas. quocunqz autem mo-
do dicatur vt patet per rationem propositaz
inciditur in inconueniens. Deinde cum
dicit amplius quomodo intelligeret adducit
tertiam rationem dicens amplius quomo-
do intelliget intellectus partibile impartiali
id est per partem impartibilem aut quomodo
intelliget impartibile partibili quasi dicat qd si
intellectus intelligat applicando se rebz p̄ suas
p̄tes

partes si habet partes partibiles nō intelligēt
ipartibilia si vero ipartibiles nō poterit parti-
bilia intelligere. Dubitaret forte aliquis qz
videt̄ hec ratio esse nulla. diceret. n. Plato qz
cum scdm pōnem meam intellectus sit magni-
tudo sicut in aliis magnitudinibus sunt quedaz
partes partibiles vt partes quātitative z que-
dā ipartibiles vt puncta sic ē in intellectu sunt
hec duo genera partiū poterit itaqz intellectus
p partes partibiles intelligere partibilia p imp-
tibiles vero ipartibilia. Dicendum q intellectus
habet qdam obā partibilia ut corpora-
lia quedam ipartibilia ut intelligentias nō ergo
erponēdo partibilia z ipartibilia de partibus
q̄titativis z punctalibus sed de partibus cor-
poralibus z incorporalibus nō habet dubium
quod queritur nā si intellectus hz partes corpo-
rales z partibiles quomodo per contactum z
per applicationem poterit intelligere incorpo-
ralia z ipartibilia si vero habet partes incorpo-
rales z impartibiles nō poterit se applicare cor-
poralibus z ptibilibus z p̄mensurare se eis. z i-
telligere ea vt plato opinabatur. Deinde
cum dicit necessarium autem intellectum post
q̄ pbavit intellectum nō esse magnitudinem
pbat ipm non esse circulum circa q duo facit
scdm q duas rationes adducit ad ppositum
scdā ibi amp̄ aut in prima parte intendit talē
rōnem si intellectus esset circulus operatio ei⁹
esset circulatio. i. circularis z esset perpetua et
nō haberet finem sed nulla operatio intellectus
est huiusmodi neqz practica. neqz speculativa
ergo intellectus non est circulus. in hac autem
ratione sic procedit quia primo premitit hāc
consequentia quod si intellectus esset circulus
operatio eius esset circularis z nō habere finē.
Secūdo ostendit opationez intellectus nō esse
circulare z ppter quod sequitur quod ipse non
sit circulus. secūda ibi practicarum quidem. n.
dicit ergo necessarium autem est sup̄ secūduz
platonē intellectum esse circulum hunc videt̄
habentem motum scdm quod sunt motus celi
sed quod intellectus nō sit huiusmodi circulus sic
patet qz motus quidem ipsius intellectus est in
telligentia. i. operatio eius motus autem circuli
est circulatio si ergo intelligentia. i. si operatio
intellectus ē circulatio z intellectus utiqz erit
circulus z subdit q cum intelligentia idest cuz
operatio intellectus sit huiusmodi circulatio
intellectus semper intelliget aliqd siquidem
pro qz. quia circulatio est perpetua quasi dicat
q cum circulatio sit perpetua. i. non habeat fi-
nem si intellectus ē circulus operatio eius ē
circulatio z non haberet finem sed vt patebit
operatio intellectus nō est circulatio z habet fi-
nem. ergo nō ē intellectus circulus. Dubita-
ret forte aliquis quomodo circulatio ē perpetua
z nō hz finem. ddm qz in circulo scdm quod hu-
iusmodi nō est aliquis punctus in actu nō ergo
est ratio quare magis motus circularis finiat̄

in hoc puncto q̄ in alio vel ergo finietur huius-
modi motus in quolibet puncto circuli z tunc
nūq̄ inciperet ille motus vel nō finietur in ali-
quo puncto. z tunc semp̄ ppetuabit̄ talis motus
motus ergo circularis ē ppetuus nec ex ipso cir-
culo possumus assignare cām quare huiusmodi
motus incipiat vel desinat. vtz autē ex supe-
riori agente possit prefigi lex quod huiusmodi
motus incipiat vel desinat in phisicis diffusi-
us diximus. vlt̄ forte dubitaret aliquis si
intelligētia. i. si operatio intellectus esset circula-
tio vtrū intellectus semper intelligeret z vtz ei⁹
operatio semper ppetuaret̄ z nūquam cessaret
nec haberet finem vt videtur littera sonare.
Dicendum q operatio intellectus in practicis p-
cedit a fine ad ea que sunt ad finem. z non econ-
verso. nam finis in practicis se habet sicut p̄-
cipium in speculativis. sed in speculativis quidē
pcedit a principiis ad p̄clusionem z ille ē rect⁹
ordo. habita autē p̄clusionē quiescit. igitur si re-
ctus ordo nō magis requireret p̄cessum a pre-
missis ad p̄clusionem q̄ econverso. sicut nō quie-
scimus in p̄missis sed inus ad p̄clusionē sic
id quiesceremus in p̄clusionē s; circulariter re-
diremus ad p̄missas vel ergo nūq̄ inciperet hu-
iusmodi motus vel semp̄ p̄tinuaret̄ a p̄missis
ad p̄clusionē z a p̄clusionē ad p̄missas z sic cir-
culariter. itaqz sicut in circulo qz nullus p̄ctus
est ibi in actu. vel nūquam inciperet huiusmodi
motus vel semper perpetuaretur sic si opatio
intellectus esset circularis non esset in aliquo
determinata quies. vel nūquam inciperet ta-
lis mot⁹ vel semper perpetuaretur z q ddm
est de consideratione speculativa intelligen-
dum est de consideratione practica. Deinde
cum dicit practicarum quidem enim ostē-
dit operationes intellectus tam practicas quā
speculativas esse terminatas. propter quod se-
quitur eas non esse circulares quia vt tactum
est circulationis nō sunt termini nec in circulo
est aliquis terminus in actu. ideo ait quod pra-
cticarum quidem intelligentiaz. i. operationuz
intellectus practicarum sunt termini. h. est hu-
iusmodi operationes sunt terminate quia oēs
sunt causa alterius idest causa finis z boni quo
habito quiescimus. speculative autem termi-
nantur similiter rationibus. nam termini spe-
culatiuarum sunt rationes. ratio autem omnis
est diffinitio aut demonstratio. demonstratio-
nes enim sunt a principio idest incipiunt a de-
terminatis principiis. z habet quodāmodo finē
sillogismū aut p̄clusionē sillogismū enim
habet quietare intellectum nostrum ita quod
vel totus similis vel saltem ipsa conclusio po-
test dici quies intellectus nostri. z subdit si autē
non concludantur idest si non determinantur
huiusmodi conclusiones sed eamus ab vna cō-
clusionē in aliam. sed tamen non reflectuntur
in terminū et principū si accipiētes sp̄ mediū
z extremitates. mediū ergo se hz tāq̄ p̄cipiū

quia medium nunquam intra completiones ex
tremitates vero se habent tamquam termini
quia hec sunt que concluduntur recte ergo pre-
cedunt sed circulatio iterum se reflectit in princi-
pium et sequitur quod diffinitiones omnes finite
sunt quare si tam demonstratio quam diffini-
tio habet terminum circulatio autem nullus ha-
bet terminum nulla operatio intellectus erit
circularis ergo nec intellectus erit circulus.

Notandum autem quod duplex est operatio
intellectus una simplex alia composita. opera-
tio autem simplex terminatur ad diffinitionem
operatio autem composita per quam forma
essentia terminatur ad similem vel ad de-
monstrationem sicut ergo quiescit intellectus
simplicium quando intellectus principiis quod
ditatis res format inde diffinitionem sic quies-
cit intellectus compositorum quando intellectus
propositionibus format inde similem vel demon-
strationem termini ergo intellectus sunt diffi-
nitio vel demonstratio et quia diffinitio ratio
dici debet nam diffinitio hominis est ratio ei
sic etiam et demonstratio vel similis ratio di-
ci debet unde quando volumus dicere quod ali-
quis fecit bonum similem vel bonam demon-
strationem dicitur quod fecit bonam rationem quas-
si tam diffinitio quam demonstratio potest di-
ci ratio et intellectus terminatur vel diffinitio-
ne vel demonstratione bene dictum est quod specu-
lativae intelligentie rationibus terminantur.

Notandum etiam quod quia posset aliquis ca-
villare d. quod nunquam terminetur intelligen-
tia speculativa quod augentur demonstrationes
in prius assuendo et post unam conclusionem pos-
sumus invenire aliam ne aliquis per hoc vellet
concludere operationem intellectus esse circularem
aut philosophus hunc processum non esse circula-
rem sed magis esse rectum quia non reflectimus a con-
clusionem ad principia sed magis modo recto
imur a conclusionem ad conclusionem. No-
tandum et diffinitiones esse terminatas quia
status est in predicatis habent enim diffines
principium et finem quia non est ascendere in in-
finitum in generibus nec est descendere per formam
ultra speciem specialissimam descendit autem
ad individua est per materiam quorum non est
scientia neque diffinitio ut dicitur in septimo
metha. Deinde cum dicit amplius autem
adducit secundam rationem dicens quod ampli-
us autem si eadem circulatio est multotiens et sup-
er si operatio intellectus est circulatio oportebit
multotiens intelligere idem. Notandum autem
quod nullus motus potest continuari idem
nisi circularis ut declarari habet in physicis
circularis autem non solum potest continuari idem
sed ut superius probavimus ex parte circuli
non potest sumi ratio quod huiusmodi motus
incipiat vel desinat et quod huiusmodi motus
est de se semper reiterat operatio intellectus si est
circularis cum vellet intelligere aliquid quod se

pe intelligeret idem. Dicebamus nam quod hoc
posito non magis esset quies in conclusionem quam in pre-
missis ad conclusionem et a conclusionibus ad premissas
semper ergo recederemus a premissis ad conclusio-
nem a conclusionibus ad premissas et quod nunquam hoc
habet finem si vellemus intelligere aliquid oportet
sepe et in infinitum intelligere idem illud igitur
idem inconueniens quod sequebatur si intellectus
esset magnitudo et intelligeret res applicando se
eis per partes quantitativas sequitur et si intel-
lectus esset circulus et operatio eius eodem modo esset cir-
cularis secundum quod plato opinabatur utrobique
enim sequitur quod si volumus intelligere aliquid oportet
nos sepe intelligere idem.

lec. 13.

De huc autem intelligentia etc. Postquam
philosophus probavit intellectum non esse ma-
gnitudinem neque esse circulum in parte
ista ut dicebat ostendit quod non appetit ei mo-
tus nec connectitur corpori eo modo quo plato opi-
nabatur duo ergo facit quod prima improbat opi-
nionem platonis de intellectu vel de anima quantum
ad motum secundo improbat opinionem eius quantum
ad generationem corporis ibi laboriosus autem circa
primus duo facit secundum quod dupliciter improbat
opinionem eius de intellectu quantum ad motum.
secunda ibi at vero neque dicit ergo ad h. autem intelli-
gentia. i. operatio intellectus simplicium assimila-
tur cuidam quieti et statui magis quam motui eodem
modo et syllogismus qui pertinet ad intellectum com-
positorum magis assimilatur quieti quam motui
ergo formatur sic ratio illud quod magis assimilatur
quieti quam motui non est motus sed omnis operatio
intellectus tam simplicium quam compositorum magis
assimilatur quieti quam motui ergo nulla operatio
talis debet proprie dici motus. Notandum autem quod
intelligentia. i. operatio intellectus magis assimi-
latur quieti quam motui quod dum humiores sunt in
motu et quando non sunt quietate passiones ut
patet in iuuenibus non potest in eis esse perfe-
ctus rationis usus nec recte in eis est prudentia.
ideo dicitur in thopicis quod nemo eligit iuue-
nes esse duces eo non potest eos esse prudentes et
in vii. phi. dicitur quod anima in sedendo et quiescē-
do fit prudens et quia sic est operatio intellectus
magis debet dici quies quam motus. Notandum
etiam quod similis et magis assimilatur quieti quam
motui nam cum nos dubitamus de aliquo non
quiescimus facto autem simile et postquam concludi-
tur nobis per demonstrationem quietatur intellectus
noster. Deinde cum dicit at vero adducit se-
cundam rationem quod operatio intellectus
non sit motus dicens at vero neque est beatitudo
quod non est facile sed violentum beatitudo enim
non persistit in eo quod est quid violentum et non
est facile si ergo motus ipsius anime non est sub-
stantia eius id est non appetit et secundum substantiam
suam movebit utique anima extra naturam erit er-
go motus extra naturam erit itaque motus quod
violentum ipsi anime et in motu non poterit consistere

beatitudo eius formetur autem sic ratio in operatione intellectus consistit beatitudo anime in motu non consistit beatitudo anime ergo operatio intellectus non est motus. ut plato opinabatur. Motandus autem duplicem esse beatitudinem unam quam possumus acquirere ex puris naturalibus et est valde imperfecta et de hac determinaverunt philosophi de qua simpliciter verum est quod consistit in operatione intellectus est autem huiusmodi felicitas duplex. una politica que consistit in actu prudentie hoc modo ergo est felicem non est aliud quam esse sit prudentem ut sciat consiliari sibi et aliis. alia est felicitas contemplativa et h. ut de ea determinaverunt philosophi consistit in actu sapientie id est in actu illius sapientie que dicitur metha. metha. enim inter scientias humanitas inventas per excellentiam sapientia esse dicitur. esse ergo felicem contemplative secundum philosophos nihil est aliud quam scire bene considerare. considerationes metha. est etiam quedam felicitas perfecta de qua determinat theologus que quomodo se habeat non est presentis speculationis sufficiat autem ad presens scire felicitatem de qua determinaverunt philosophi consistere in operatione intellectus.

Dubitarer forte aliquis quia non videtur valere consequentia philosophi videtur enim velle quod beatitudo non consistit in motu quia motus non est substantia ipsius anime et est extra naturam eius. videmus enim quod beatitudo et felicitas consistit in operatione anime iuxta illud quod dicitur in primo ethi. quod felicitas est operatio anime secundum virtutes perfectam. ergo eius operatio non sit substantia rei et sit aliquid additum nature. non est bona consequentia dicere quod non consistat beatitudo anime in motu quia motus non est substantia eius et est aliquid extra substantiam ipsius videtur autem h. competere soli. primo quod sua beatitudo sit sua substantia nam ut dicitur in xii. methaphisice in illo capitulo inquam primo intelligere ipsius. primo est ei essentiale et quia suum intelligere est sua substantia quia in illo intelligere est summa delectatio et summa beatitudo sequitur quod sua beatitudo sit sua substantia in omni autem alio. quod est contra ipsum sua beatitudo non est sua substantia sed est aliquid preter naturam eius. Dicendum quod cum felicitas ut tactum est sit operatio anime secundum virtutem perfectam sic loquendum est de felicitate ut loquimur de virtutibus. virtutes autem ut dicitur in secundo ethi. sunt aliquo modo a natura et aliquo modo non sunt a natura. unde ibi scribitur quod neque igitur a natura neque preter naturam sunt virtutes sed nobis existentibus innatum est quidem suscipere eas perfectis autem per consuetudinem quare sicut virtutes sunt nobis naturales quia sumus apti nati esse virtuosus sic felicitas de qua loquuti sunt philosophi est nobis naturalis quia sumus apti nati esse sic felices huiusmodi itaque felicitas est na-

turalis non quod sit ipsa natura anime ut arguebat ratio nec est naturalis. quod a natura perfecte fiat sed pro tanto est naturalis quia esse sic felices ut de felicitate locuti sunt philosophi sumus apti nati per naturam. motus ergo quia non est hoc modo naturalis anime in eo non consistit felicitas et per consequens operatio intellectus non est motus quia in tali operatione huiusmodi felicitas habet esse. Alterius forte dubitaret aliquis quomodo motus non competit anime secundum naturam ita quod in eo non possit esse felicitas. dicendum quod movere competit anime per se nam cum animal moveatur ex se oportet quod sit divisibile in talia duo quorum unum sit per se movens aliud per se motum. anima ergo est per se movens. corpus autem per se motus sed moveri competit anime per accidens et est ei extraneum felicitas autem consistit in propria operatione rei non in eo quod est sibi extraneum et non est proprium ei et quia huiusmodi est motus respectu anime in motu non potest consistere felicitas. et per consequens in intelligere anime in quo ponitur huiusmodi felicitas motus esse non poterit. valet autem hec ratio specialiter contra platonem nam cum ipse posuerit animam componi ex numeris. numerus autem sit compositus ex unitatibus anima erit composita ex unitatibus que sunt principia numerorum unitas autem sic accepta differt a puncto. ut dicitur in v. metha. quia h. non habet situm punctus autem habet situm est enim punctus substantia posita unitas autem positio caret quia omnes motus sunt aliquo modo in loco ut supra dicebatur et maxime motus localis: quod non est situale et quod caret situ motus proprie sumptus penitus est extraneus sibi nec in h. potest consistere felicitas eius et si est ei extraneus motus localis sunt ei extranei omnes alii motus quia omnes motus alii presupponunt illum: Plato itaque cum poneret animam compositam ex numeris et ex unitatibus oportebat eum dicere quod situs esset extraneus anime et quod anima non esset quid situale et per consequens cogebatur ponere quod motus esset extraneus anime et quod in eo felicitas non posset consistere ut pluries ergo conclusum est intelligere in quo consistit felicitas de qua locuti sumus. non potest esse motus ut Plato opinabatur. Deinde cum dicit laboriosum autem improbat opinionem Platonis ex modo secundum quem probat animam connecti corpori. Ad cuius evidentiam sciendum quod in connectione anime ad corpus quantum ad presens spectat tria sunt attendenda nam primo debemus ponere animam sic connecti corpori quod magis sit corpus propter animam quantum ad corpus secundo debet h. sic ponere ut eorum motum qui sunt corpori possint ex ipsa anima redere rationem. tertio debemus sic talem connectionem ponere ut propria anima proprie

corpore coniungatur tria. ergo facit philosophus
quia primo improbat positionem. Platonis
quantum ad connexionem anime quia ponebat
eam sic conexam quod magis anima erat p
pter corpus quam econuerso. secundo eam i
probat quia ponebat eam sic pneram quod ex
tali conexione motuum qui inerant corpori non
poterant reddere rationem tertio huiusmodi
positionez improbat quia non ponebat animam
sic conexam q propria anima proprio corpori
vniueretur. secunda ibi i manifesta autez. tertia
ibi illud autem inconueniens: dicit ergo q labo
riosum eniz est animam comisceri corpori. eo
modo sup. quo ponebat Plato q laboriosum
est q et non possibile animam absolui a corpore
sup. cum vult non enim poterat anima absol
ui a corpore cum volebat vt Plato dicebat q
adhuc fugiendum est siquidem secunduz hac
positionem supple anime omne corpus. q me
lius est intellectum non esse cum corpore que
admodum consuetum est dici q multis videt
sic esse formetur ergo sic ratio si laboriosum e
anime misceri cum corpore q bonum est aie
non esse cum corpore que admodum sequit ex
positione platonis q sicut videtur multis tunc
corpus non est ppter bonum anime q quia nos
debemus sic ponere animaz esse pneram cor
pori q corpus sit ppter bonum anime. cuz pla
to non poneret animam corpori sic conexam sequi
tur q male opinabatur. Dubitaret forte
aliquis quomodo debemus ponere. animam sic
pneram corpori q corpus sit propter bonum ani
me q magis sit corpus propter animam quam
econuerso. Dicendum q anima sic compa
ratur ad corpus secundum quod ars paratur
ad organa q sicut ars exercet proprias opera
tiones per propria organa sic anima exercet p
prias operationes. per proprium corpus q ga
cullibz rei competit perfectio per proprias ope
rationes anima exercendo proprias operatio
nes p proprium corpus sequitur q ipsa acqui
rat suas pfectides i suo corpore sicut ergo ma
gis sunt organa propter artem q ars propter
organum sic magis est corpus propter animam
quam anima propter corpus. Alterius du
bitaret forte aliquis quomodo expde platonis
sequebatur q fugiendum erat anime oē cor
pus q laboriosum erat anime coniungi cor
pori q magis erat anima propter corpus q
econuerso. Dicendum q plato ponebat q
anima primo mouebat seipsaz q quia anima
vt dicebat erat pnera corpori. ideo anima mo
ta mouebat corpus appellat autem plato mo
tus anime operationes eius quare si anima
mouetur ex se cooperatur ex se. non ergo indi
get corpore vt perficiatur in operationibus
suis cum ipsa se ipsam moueat q ex se ipsa ope
retur nullus est ergo fructus anime coniun
gi corpori sed lest fructus corpori coniungi a
nime in quantum mouetur ab ipsa q perficit

tur per ipsam. frigidus est ergo anime omne cor
pus cum nullus fructus sit et ex eo q coniungi
tur corpori q laboriosum est anime corpori sic
esse coniectam quia retardatur anima ab ei
motu propter grauedinem corporis q magis
est anima propter corpus q econuerso quia
nullus fructus q nulla perfectio consurgit ani
me ex vnione ad corpus si volumus sequi opi
nionem platonis sed magis est fructus q per
fectio corporis ex eo quod anime est coniectuz

Deinde cum dicit i manifesta autez addu
cit secundam rationem contra Platonem ostē
dens cum insufficienter determinasse de con
nexionem anime ad corpus quia per conexionez
illam non poterat reddere rationem motuuz
qui inerant corpori. circa quod duo facit quia
primo facit quod dictum est. secundo remouet
quandam cauillationem circa preacta ibi at
vero. dicit ergo quod imanifesta est causa cir
culo ferri celum idest quare celum moueatur
circulariter neq enim substantia anime e cau
sa circulariter ferri celum sed secundum acci
dens anima mouetur sic idest circulariter ne
q corpus est causa illius motus sed magis il
li corpori anima debet poni causa quod sic mo
ueatur. Notandum autem quod secunduz
platonem anima nostra erat ad ymaginem
anime celi ideo specialem rationem hic addu
cit contra animam celi secundam quod plato
ponebat eam celo esse conexam. nam si ce
lum est animatum debemus ponere animaz
taliter celo esse conexam quod manifesta sit
causa quare celum circulariter moueatur. Et
quia. h. plato facere non potuit reprehensibilis
erat positio sua. Dubitaret forte aliquis
quare Plato non potuit reddere causam ex
anima celi quod celum circulariter mouere
tur. dicendum quod vt supra tangebatur opi
nio Platonis de anima specialiter i. intelligen
da erat de anima celi si autem intelligebatur
de anima nostra. h. pro tanto erat in quantum
h. imitabatur illam quare cum ipse poneret
animam de se esse aspectum rectum q postea
diceret huiusmodi aspectum rectum deinde
reflexisse in circulum anime. secundum. h. de
se q per se competebat motus rectus si autez
competebat ei motus circularis. h. erat ex co
sequenti q per accidens q quia anima moue
bat corpus eo motu quo mouebat se ipsam et
quo mouebatur per se ex parte anime non po
terat assignari causa quare celum circulariter
moueretur nec etiam huiusmodi causa pote
rat assignari ex parte corporis quia anima erat
causa illi corpori quare moueretur non abtez
ipsum corpus erat huiusmodi causa q quia ne
ntro modo poterat assignari huiusmodi causa
imanifesta erat causa circulo celum ferri. De
inde cum dicit at vero quia remouet quandam
cauillationem possibile fieri circa preacta dret forte
aliquis q id celum mouet circulariter q de? voluit

ipm sic moueri sed. h. nō sufficit qz si deus hic
voluit ergo. h. ē melius assignāda est igitur cā
quare hoc sit melius & quare. h. sit pgruenti?
ideo ait. at vero qz neqz dicit melius. i. neqz di
citur bene a platoniceis quod oportebat ppter
hoc deum facere circulariter ferri animā quia
ferentiā int̄ omnia aiata et inter huiusmodi potētias. nā scd̄m q̄ aliqua animatoz vel aliqua animalium h̄nt plures vel pauciores de huiusmodi potētis sic sunt magis vel minus p̄fecta sed p̄pter quā cām hoc sit p̄fectuz q̄ he potētie sic distinguunt̄ et loco et s̄bo q̄z alique rep̄iuntur in vno s̄bo et in vno animato q̄ nō rep̄iuntur in alio posterius ē int̄denduz. quia circa finem libri huius dicit̄: addit aut̄z q̄ id quod accidit circa oēs huiusmodi potētias similiter autem accidit et circa sensus q̄z alia qd̄ animalia h̄nt oēs sensus. alia vō h̄nt quosdaz idest aliquos sed qdam animalia h̄nt vnū solū maxime necessariū vt tactū. Notandū ēt q̄ h̄nt plures vel pauciores d̄ potētis assignatis facit differentiā in ipsis animalib̄ et vlt̄ in oibus animatis et etiā in ipsis potētis. nā secundū q̄ aliqua animalium vel aliqua animatoz h̄nt plures vel pauciores d̄ illis potētis. sic sunt magis vel min̄ p̄fectā vnde plāta que h̄z vnūz solū. vt vegetatiuū ip̄fectior est cibus. Rursus hoc facit differentiā in ipsis potētis. q̄z si alique potētiaz reperunt̄ in aliquo animato et alique in alio p̄tingit potētias illas differre nō solum ratione et diffōne sed etiam loco et s̄bo. Dubitaret forte aliquis vtrum potētie anime differant ratione solum vel et loco et subiecto. Dicendum q̄ harum potētiaz quedam sunt particulares vt visus auditus gustus et odoratus. quedam vero sunt quasi vniuersales diffuse per totum corpus vt vegetatiuū tactiuū ymaginatiuū appetitiuū et secundū locū motiuū. si ergo sit questio non de potētis diffusis p̄ totum corpus sed de d̄ terminatibus sibi speciale organū planum est tales potētias non solum differre ratione s̄ etiam loco et s̄bo vt visus sic est in oculo q̄ non in lingua et gustus sic in lingua q̄ non in oculo sed si loquamur de potētis diffusis per totū corpus. sic dicunt quidam q̄ in diuersis distinguuntur loco et s̄bo sed nō in eodem ut vegetatiuuz distinguūt a sensitiuo in diuersis eo q̄ sensitiuum repeit̄ in animali vegetatiuuz vero reperitur in planta in qua nō reperitur aliq̄s sensus. dicere tamen possumus q̄ que distinguuntur in diuersis animatis loco et subiecto distinguuntur etiam in eodem animali nam sicut vegetatiuuz et augmentatiuuz reperuntur i plāta in qua nō reperitur sensus sic in eodem animali reperuntur alique partes que viuunt et augmentant̄. et tamen nō sentiunt vt ossa et alique nerui. et etiam caro ip̄a nō est illud s̄quo tanquam in subiecto fundatur sensus tactus sed est medium in tali sensu. vt infra dicitur. organum vero tactus est quidam neruus diffusus per totum corpus habens in se multos ramusculos. vt ergo sit ad vnū dicere quecūq̄ potētie distinguuntur loco et subiecto. in diuersis animatis distinguuntur etiam in eodem. Nam sicut reperitur animal quod nō

videt nec audit sentit tñ scdm sensum tactus
ita reperit aliqua pars corporis in qua reser-
uatur sensus tactus vbi nec reseruat auditus
nec visus et sicut plante viuunt et nō sentiunt sic
in eodem animali quantūcūq; perfectio iueni-
tur aliqua pars corporis que nutritur et aug-
mentatur et tamē non sentit semper. n. et in eo-
dem et in diuersis priori separant a posteriori-
bus nō reuerſo. vt sicut in diuersis anima-
ris reperitur vita sine sensu. nō sensus sine vita
sic in eodē animali reperiuntur partes que viuunt
et nō sentiunt nulle tamen partes sunt que sen-
tiant et nō uiuant. scdm. h. ergo differentia ha-
rum potentiarū prout accipienda est ratione. so-
lum vel etiam loco et subō inuestigari poterit
per iam dicta.

24
le. 9.
q
Etiam autem quo uiuimus et.
Postq; phūs docuit sumere ppi-
am diffōnem vniuersaliū anime
scdm diuersa opera vite et secundū
diuersas potētias et parauit ipas potētias
ad ipam aiā. i parte ista vult ostendere q ad
pfectam diffōnem anime. o3 q diffōni spāli su-
peraddat pdicta diffinitio cōmunis. Ad cu-
ius euidentiam sciendū q ut supra tangebatur
diffōnes spāles dande de aiā sunt. iiii. secundū
iiii. gradus animatoꝝ vt anima est quo viuif-
cētum ad plantas quo sentitur cētum ad aiā
lia imperfecta. quo fit motus scdm locum cētum
ad pfecta. et quarta diffinitio spālis ē q anima
ē quo. primo itelligitur cētum ad aiā huma-
naz. sed cū anima sit forma corporis. op3 in dif-
finitione eius facere mētionez de corpore. diffi-
nitio ergo illa corporis. s. q aiā est actus corpo-
ris que spālem mentionem facit de corpore ad-
denda est istis diffōnibus spālibus vt pplecti-
habeat diffinitio aiē. Diffinienda est ergo
sic aiā q est actus corporis quo primo viuif-
cētum est actus corporis quo primo sentit. et sic cuiuslibet
diffinitioni spāli supaddenda est illa diffinitio
cōis. phūs ergo in ostēdendo q i determinādo
de aiā o3 spālem mētionez facere de corpe et
in ostēdendo q diffōnibus spālibus supadden-
da ē diffinitio cōis que facit spālem mētionez
de corpore. tria facit qz primo pbat animā cē
actū et formā corporis. scdo ex hoc ostēdit q in
determinādo de aiā o3 spālem mētionez facere
de corpore. tertio ex his q dixerat pcludit qua-
liter diffinienda sit anima. scda ibi et propter
h. bene. tertia ibi q qdem igitur. circa primū
duo facit scdm q dupliciter pbat itentū. scda
ibi tripliciter. n. dicta iprobādo aut aiā esse
formā itendit talem rōnem viuimus sentim-
us et sanamur et vniuersaliter oēm actōm facim-
us principaliter per formā ex psequenti p māz. s3
aiā ē quo primo viuim-
us et sentimus et alias ac-
tiones facimus. ergo aiā ē forma et nō materia
In hac autē rōe sic pcedit. qz primo ponit maio-

rem. scdo minozē. tertio pclusionē. scda ibi aiā
aut. h. tertia ibi quare rō qdam ponit ergo pri-
mo maiorē videlz q agere picipal-
iter ē a forma et ex pnti a materia. dicēs q quoniam quo viu-
imus et quo sentimus dī dupliciter sicut et quo
scimus. dicimus aut. h. p q scimus esse quidē
sciam illud autē esse aiā vtroq; n. hoz tam-
scia quā aiā dicimur scire. similiter aut et quo
sanamur ē dupliciter qz aliud quidē ē sanitas
aliud autē est quo dicimur sanari tanq; pte qua-
dam corporis aut tāq; et toto corpore hoz autez
qbus sanamur et scimus sciētia qdem et sanitas
se h3 sicut forma et spēs qdam et sicut rō et vt act-
susceptiuoz a quibus sup. primo et principaliter
egreditur agere et subdit quo sciētia et sanitas
sunt actus et forma susceptiuoz. dicens q hec q-
dem. s. sciētia ē actus et forma. sciētifici idest
aiē sciētifice illa vero. s. sanitas est actus et for-
ma corporis sanabilis. ex. h. aut vult habere
q o3 ad ipm agere ut ad ipm scire vel ad ipz
viuere aliquid cooperari sibi. nam vt subdit
in patiente. n. et disposito vidēt actōz inesse
actus. nam semper ppiā forma regit ppiāz
et dispositā materiā. Dubitaret forte aliq
quo agere a forma et a sbo sed principaliter a for-
ma vt scire et pſiderare p sciam est a scia et ab
animā sed principaliter a scia et actus sanatois
ē a sanitate que est forma corporis et etiam ab
ipō corpore. sed principaliter est a sanitate.
Dicendum q omne q agit. agit vt est in actu
et quia principaliter actus dicitur de forma id
agere principaliter est a forma. materia autē
si est in actu hoc ē inquantū est p iuncta forme
quare si mā ē rō agendi. h. est ex pnti in cētum
est in actu per formā q aut ipsa materia sit ali-
quo mō ratio agendi patet quia eo ipso q act-
actiuoz sunt in patibilitate et disposito et eo ipso
q ppiā forma nō habet esse nisi i propria ma-
teria sicut materia ppiā requirit vt sit sub p-
piā forma sic o3 ipam materiāz saltez ex pnti
esse rōnem et cām et omnis actus et omnis acti-
onis que egreditur a forma. ideo phūs i volē-
do ostendere q agere principaliter erat a for-
ma dixit q forma erat actus. et ratio suscepti-
ui volendo autem probare quod ad ipsūz age-
re aliquid faciebat materia et subiectum. dixit
quod actus actiuozum sunt in patibilitate et
disposito vel quod idem est. oportet propriam
formam inesse proprie materie. Deinde cū
dicit anima autem posita maiori videlicet q
agere principaliter et primo est a forma ponit
minozem et infert conclusionem. dicens quod
anima autez ē. h. quo primum et principaliter
uiuimus sentimus mouemur. et intelligimus
quare erit vtiq; ipsa anima sicut quedam ra-
tio et species et non vt materia et subiectum
Notandum autem quod anima est quo.
primo viuimus sentim-
us et intelligimus et mo-
uemur quia viuere prout nominat opera vite
et ē opera sensitua et alia qcūq; opa opatur

anima mediantib⁹ aliquibus potentiis ita q^o aia respectu illoz operuz se h³ sicut principiu⁹ principale. 7 primu⁹ potētie vero sicut principium immediatū 7 primū. Deinde cū dicit tripliciter. n. dicta sba adducit scdm rōnem q^o aia sit actus 7 forma. dicens q^o sicut. n. diximus triplex est dicta sba quarum. h. quidem est species illud vero materia aliud aut est ex utrisq³ ppositum. horū aut trium materia est quidez potentia spēs aut est actus postea ex utrisq³ est ipm aiatum. ergo materia 7 corpus sunt ptes animati. oz ergo alteruz hoz esse formā 7 actū alterius. sed corpus nō est actus aie. sed oz qd ipa aia sit actus ipsius corporis anima ergo erit actus 7 forma. Notandū aut q^o nūquaz ex duobus sit vere unum nisi unuz illoz se habeat vt actus. aliud vero vt potentia quare si ex anima 7 corpore sit aiatum. opz unum esse actum respectu alterius. sed corpus nō est act⁹ anime erit ergo anima actus eius. Deinde cum dicit 7 ppter. h. bene ostenso animā esse actum 7 formā corporis ait ex. h. q^o in determinando de anima oportet spālem mentionē facere de corpore 7 tunc concludendum est quod diffinitioni spāli superaddenda est diffinitio cōmunis que spālem mentionez facit de corpore. dicit ergo 7 propter. h. sup⁹ q^o anima est actus 7 forma corporis bene opinant⁹ quib⁹ v⁹ neq³ aiam esse sine corpore. neq³ esse aliqd corpus. corpus qdem enim nō est anima ē tamē anima aliquid corporis qz ē forma 7 actus ei⁹ 7 propter hoc anima est in corpore 7 in corpore huiusmodi scilicet apto 7 disposito 7 ideo nō est adaptanda quecūq³ anima ad quodcūq³ corpus sicut qdam priores idest qdam antiquoz adaptabāt ipsam animā ad quodcūq³ corpus nihil tamen diffinientes in quo 7 quali corpore oportet eē animā 7 vere reprehēsbiles erāt cum nō videat⁹ anima accipere indifferenter quodlibz corpus ptingens sic autem fit 7 scdm rōnem si pprum corpus adapte⁹ pprae anie nā actus vniuscuiusq³ in potentia existentis in materia disposita 7 propria aptus natus est fieri. Notandū autem q^o forma vt forma ē semper ē in materia q^o si ptingat aiam separari a corpore quamdiu manet seperata non est forma materie quia non lformat ipam māz. Notandum ē q^o antiqui determinātes de anima 7 nihil diffinientes de susceptibili fuerunt pythagorici q^o fabulose loquētes dicebant quālibet animam ingredi quodlibet corpus. Deinde cum dicit q^o quidem igitur pcludit ex dictis qualiter diffinienda sit anima dicens q^o quidem igitur anima est actus quidaz 7 ratio potentia vitam habentis 7 eam esse huius actum quo scilicet primo viuatur sentitur intelligitur 7 fit motus secundum locum manifestum est ex his idest ex dictis ex habitis. n. lverbis phi accipienda est diffinitio anime cōplectens tam diffinitionem ppriam quam cō

munem. Notandum autē q^o addendo diffinitionem anime cōmunem diffinitioni spāli sit vna diffinitio que est tota demonstratio positione differens. nam diffinitio p^omunis vt ostē debatur supra cōcludi habet per diffinitionez specialem vnde 7 hunc modum tenuit phūs i lectione presenti. nam per hoc q^o anima est id quo primo viuimus sentimus intelligimus 7 secundum locum mouemur ex qbus accipi possunt spāles diffōnes anime pclusit animā esse spēm 7 actum corporis que est cōmunis diffinitio ipsius quare vt in precedētibus tangebāt. lectio presens dupliciter p^onuari potest ad pcedentia. primo vt phūs p diffōnem speciales vellit cōcludere diffinitionē cōmunem. nam per hoc q^o anima ē quo primo viuimus 7 c. concluditur q^o sit forma 7 actus corporis. naz diffinitio spālis cōcludere habet diffōnem cōmunem. secūdo pōt introduci. h. littera vt vellit phūs q^o diffinitioni spāli super addēda sit diffinitio cōmunis. sed he due p^onuationes quasi in idem tendunt qz si vna diffinitionuz cōcluditur. per aliam oportet ad perfectam diffōnez habendam vtrāq³ diffinitionem combinare. nam ille perfecte diffinit qui vnā diffinitionem conflat ex duabus diffinitionibus quarū vna est demonstrationis principium. alia vero est demonstrationis conclusio potest etiam 7 tertio modo continuari sic q^o philosophus in principio huius secundi inuestigauit diffinitionem anime cōmunem que est demonstratiōis conclusio. in lectione autem hesternā ibi quoniam autem ex incertis. Inuestigauit diffinitiones anime speciales 7 proprias que sunt demonstrationis principium in lectione autē presenti que inceptit ibi quoniam autem quo. primuz viuimus docet addere diffinitiones speciales diffinitioni cōmuni. 7 per consequens i uestigat diffinitionem anime que est tota demonstratio pōne differens.

lec. 6.
9^{ti} 27ⁱ

Potentiaruz autē anime 7c. Postquam phūs posuit diffinitionem cōmunem omni anime 7 docuit secundum diuersa opera vite. 7 secundum diuersas potentias accipere proprias diffinitiones cuiuslibz anime. in parte ista enumerat potentias ipsius anime 7 ostendit quomodo se habent huiusmodi potentie adinuicem ex qua ostensione clarius apparet quomodo sumenda est diffinitio anime tam cōmunis qz etiam pprae. tria ergo facit quia primo ait qd nō omnes potentie insunt omnibus animatis 7 enumerat potentias ipsius anime. secundo ostendit quomodo potentie se habent adinuicem. tertio ex his que dixerat declarat quomodo accipienda est cōmunis diffinitio anime et quomodo propria. secunda ibi inest autem plātia. tertia ibi manifestum igitur. Dicit ergo quod potentiarum autem anie que dicte sunt

aliis qdem insunt omnes vt homibus aliis
vō quedam harum vt animalibus aliis qbus
dam vero vna sola vt plantis enumerat aut
huiusmodi potētias. dicens potētias autem
dicimus vegetatiuū sensitiuū appetitiuū sū
locū motiuū ⁊ intellectiuū. Notandū autez
necessitatē huius capituli ex hoc psurgere. nā
cum sup̄ diximus circa ip̄am aīam sumēdas
esse. iiii. diffōnes spāles. quarūz prima p̄petit
plantis. sc̄da aīalibus īperfectis. tertia p̄fectis
quarta hominib⁹. Dubitaret forte aliquis
cum sint quinqz potētie anime. q̄ tales diffi
nitiōes spāles deberēt eē qnqz. ergo p̄cipalī
tentio phī in hoc capitulo est ostendere q̄ appe
titiuūz nō p̄stituit diuersum gradum aīatorūz
sed alie diuersūz gradū aīatorūz p̄stituent q̄
licet sint quinqz potētie. iiii. tñ sunt gradus
animatoz ⁊ secūdum eos sumuntur quattuor
diffōnes spāles inde est q̄ post distinctionē ha
rum potētiāz ⁊ horūm graduū. declarat quo
mō sumēda est diffinitio aīe cōis ⁊ quomodo
p̄pria. nam ⁊ si talia superius tacta sunt tamē
per ea que hic tradentur manifestius patefiēt

Deinde cum dicit inest aut plantis. ostendit
quō huiusmodi potētie se habēt adinuicē. circa
q̄ duo facit qz primo ostendit quomodo se habe
ant adinuicem vegetatiuū sensitiuū. secundo
quomodo se habent ad potētias alias scilicet
secūdum locum motiuū ⁊ intellectiuū. secunda
ibi qbusdam aut ad. h. inest. circa primū duo
facit qz primo facit q̄ dictum est. secundo quod
dam q̄ supposuerat manifestat ibi aīalia autē
omnia. dicit ergo q̄ inest aut plantis vegetati
uūz solum alteris aut animatis. vt animalib⁹
inest huiusmodi potētia. s. vegetatiuū ⁊ sensi
tiuūz. si autē in eis inest sensitiuū inest ⁊ appeti
tiuūz he ergo potētie sic se habent adinuicēz
qz vegetatiuū potest sepearari a sensitiuo. s. sen
sitiuūz nō sepearat ab appetituo. addit autē qd
appellat appetitiuū. dicens q̄ appetitiuū. qd
eni sunt ira desiderium ⁊ voluntas. Notā
dum autē q̄ appetitus duplex ē intellectiuus vt
voluntas ⁊ sensitiuus ⁊. h. diuiditur ī irascibi
lem ⁊ p̄cupiscibilem omnes ergo appetit⁹ sūt
tres videlicet desiderium siue p̄cupiscibilis.
ira. i. irascibilis ⁊ voluntas. alia autē lra habz
voluptas. ⁊ tunc totum referendū est. ad appe
titiuūz sensitiuū qz desideriuū ira ⁊ voluptas vt
nomināt passiones nō reperiunt nisi in appeti
tu sensitiuo. vtrum autē reperiaat voluptas. cir
ca appetitum intellectiuū. ⁊ quomō hz esse ī tali
appetitu nō presentis ē speculationis. Du
bitaret forte aliquis vtz plantis inest appetit⁹
⁊ videat q̄ sic. nā appetitus ē quedam inclinatio
sequens formā si ergo plantis inest forma que
ē anima. oz sc̄dm formā illam dare inclinationē
aliquā quā vocamus appetit⁹. Dicēdūz
q̄ sicut est de motu. ita suo modo ē de appetitu
sicut ergo videmus duplicē motū vnus qui ē
ad vnā differentia pōis qui est mediāte gra

nitatē ⁊ leuitate et hic ē per nām alicuius ele
menti alius vero est ad oēm dīam pōis et
hic est ab anima sic duplex est appetitus. vnus
sequens formāz nālem et hic est appetitus na
turalis sicut dicimus q̄ lapides ⁊ grana ap
petunt esse deorsum alius est appetitus sequēs
formā adp̄hensāz ⁊. h. dicit eē animalis plātīf
ergo inest appetitus naturalis non aīalis quia
carent apprehensione ⁊ cognitōe. Dicam⁹
ergo q̄ sicut mixta inaiata hnt p̄fectiorem for
māz quam elemēta tamē qz per formā illam
nō p̄petit ei alius motus a motu elementozūz
sed mouent per naturā elemēti predominātis
in ip̄is. id non loquimur aliter de motu mix
tozūz quāz elementozūz: sic ⁊ plante licet habeāt
p̄fectiorem formā q̄ alia inaiata tamē qz se
cundūm formā illā nō hnt alium modūz appe
tendi q̄ alia inaiata eo q̄ cognatione careant
sicut illa. ideo nō aliter loquēdum est de appe
titu plantāz quā de appetitu inaiatozūz. Di
cuntur ergo plante nō habere appetitum. si qz
nō habeant appetitū nālez sed qz nō habēt ali
quāz potētiāz anime appetitiuā sup̄additam
appetitui naturali. Alterius forte dubita
ret aliquis. vnde sequitur. h. cōsequētia quod
quibus inest sensitiuū inest ⁊ appetitiuū. Di
cendum q̄ appetitus vt sup̄ dicebat est qdam
inclinatio p̄sequens formā. eo. n. ip̄o q̄ alicui ali
qua forma ip̄imitur oz sc̄dm formā illāz habe
re aliquēz ordinem ⁊ aliquā inclinationēz quāz
vocamus appetitum. vt eo ip̄o q̄ in grauib⁹
habet esse forma grauis ex forma. illa inclinan
tur ⁊ ordinantur ad locum deorsūz ⁊ appetunt
deorsum esse si ergo inclinatio ⁊ appetitus sic se
quitur formā put in aliquibus reperit alius ⁊
alius modus receptionis forme reperit ī ip̄is
alius ⁊ alius appetitus plante. ergo ⁊ vniuer
saliter oia inaiata. qz nō recipiunt formāz nisi
materialiter tantū. nō habent nisi vnū ap
petitūz vt appetitū naturalē. sequētem formā
naturaliter impressāz. aīalibus vero in quibus
reperitur cognitio sensitua p̄petit duplex mo
dus receptionis forme. alterantur. n. sensitua
materialiter sicut alia corpora naturalia. ⁊ et
alterantur itentionaliter eo q̄ sensitua sint. nā
sensus susceptiuus ē itentionis sensibiltuz ⁊ su
scipit formāz sine materia. In animalib⁹ ergo
reperitur duplex appetitus sc̄dm duplicē mo
dum receptionis forme. put enī recipiunt for
māz materialiter rōne qua sunt corpora nālia
p̄petit eis appetitus naturalis sed put susci
piunt formā siue materia p̄petit eis appetitus
sensitiuus. qui diuiditur in iram ⁊ p̄cupiscētiāz
hominibus vero quibus per intellectum p̄pe
tit p̄cipere formā cōem vniuersaliter inest non
solum appetitus naturalis ⁊ sensitiuus sed in
tellectiuus. Dicamus ergo triplicēz esse su
sceptionē forme quia aliqui suscipit formā cuz
materia ⁊ cum p̄ditionibus materie ⁊ sic mu
tantur insensibilia aliqui vero suscipitur forma

7.
Dicendum

Dicitur
7.

siue materia qz non suscipitur realiter sed intentionaliter non tamen suscipitur sine conditionibus materie qz recipitur particulariter et hic et nunc et sic mutantur sensus. sensus enim dicitur suscipere formam sine materia qz non recipit eam realiter sed intentionaliter suscipit tamen eam cum conditionibus materie qz recipit ipsam particularia et hic et nunc tertius modus receptionis forme est cum suscipitur penitus imaterialiter et talis est susceptio intellectus qui recipit formam sine materia et sine conditionibus materie. plantis ergo et ceteris corporibus inanimatis competit solus unus modus receptionis forme ideo habent solum unum appetitum ut naturalis sed sensibilibus competit duplex modus receptionis. ideo duplicem habent appetitum naturalem et sensitivum in hominibus vero in quibus triplex modus receptionis forme est. scilicet unus naturalis alius intentionalis sensibilis. tertius qui est penitus imaterialis ut puta suscipit formas intelligibiles est triplex appetitus. scilicet naturalis sensitivus et intellectivus cum ergo queritur unum sequitur. b. c. sequentia quod habentia sensitivum habent et appetitum dici dicitur quod quibus habentibus sensitivum competit alius modus receptionis forme quam aliis corporibus naturalibus carentibus sensu oportet quod animalibus propter appetitum naturalem sequentem naturalem formam competat appetitus sensitivus sequens formam apprehensam secundum se ipsum ex hoc autem patet quare plantis secundum quod animate sunt non dicuntur habere appetitum. qz ex eo quod plante habent vitam non competit eis aliquis modus receptionis forme qui non competit rebus inanimatis omnino enim plante immutantur sicut altera inanimata. ideo super appetitum naturalem non habent aliquem alium appetitum itaque cum b. non loquitur philosophus de appetitu naturali sed de eo qui est pars potentialis anime dicimus plantas non habere appetitum. Deinde cum dicit animalia autem quod dixerat quod habentia sensum habent et appetitum ideo hic probat quod dixerat et quod omnia habentia sensum habent tactum probat quod omnibus quibus inest sensus tactus inest et appetitus potest autem sic formari ratio quibuscumque inest sensus inest tactus. quibuscumque inest tactus inest appetitus. ergo omnia habentia sensum habent appetitum. probat ergo quod habentia tactum habent appetitum et quod gustus est quidam tactus. ideo duo facit quod primo ostendit quod habentia tactum habent appetitum. secundo quod habentia gustum habent et appetitum ibi sapor vero ut delectabilis. circa primum duo facit secundum quod dupliciter probat intentum. scilicet ibi adhuc alimentum dicit ergo quod animalia omnia saltem habent unum sensum ut tactum cui autem inest sensus tactus huic et leticia et tristitia et dulce et triste inest potest quibus autem hec insunt inest et concupiscentia et per consequens appetitus quod b. scilicet concupiscentia est appetitus rei delectabilis. Notandum autem

quod sensus tactus si iungatur cum aliquo discurrenti ut si pongatur cum acu dolet si vero iungatur convenienti delectatur et quod delectatio et dolor non potest esse sine appetitu cuiuscumque inest sensus tactus inest appetitus quare verum est quod dicebatur vide licet quod cui inest sensus est appetitus cum nulli insit aliquis sensus nisi insit ei sensus tactus. Deinde cum dicit adhuc autem alimentum adducit aliam rationem ostendens quod habentia sensum tactus habent appetitum dicens quod adhuc habentia sensum tactus habent sensum alimentum quod sensus tactus est sensus alimentum. siccis. n. et humidis et calidis et frigidis alunt omnia vivencia. horum autem est sensus tactus ergo respectu tangibilium sumitur alimentum; alia vero sensibilia per accidens faciunt ad nutrimentum. id subdit quod aliorum sensibilibus secundum accidens habet esse nutrimentum nec sonus nec color nec odoratus. id est odor que sunt obiecta aliorum sensuum quodcumque istorum nihil profert in alimentum. humor autem id est sapor et si aliquid profert ad alimentum hoc est quia sapor est unum aliquod tangibile obiectum ergo tactus per se faciunt ad alimentum sed obiecta aliorum sensuum faciunt per accidens sed respectu alimentum habet esse concupiscentiam. ergo respectu sensibilibus tactus habet esse concupiscentiam et cui inest tactus inest concupiscentia quod autem secundum alimentum scilicet concupiscentia patet quod exuries. id est fames et sitis respiciunt alimentum et concupiscentia est secundum ipsa quod autem sic sit patet quod exuries quidem est concupiscentia calidi et siccis sitis autem est frigidi et humidis. Notandum autem quod cuiuscumque inest sensus tactus inest sitis vel exuries cui vero inest aliquod horum inest appetitus et concupiscentia alimentum quare cuiuscumque inest sensus tactus inest appetitus aliquis vel concupiscentia. Notandum etiam quod ex eisde nutritionem et sumus et quod sumus ex quatuor elementis nutritionem ex mixtis et compositis ex quatuor elementis unum enim solum non sufficit ad nutritionem alicuius animati quare cum mixta secundum quod huiusmodi sunt calida vel frigida humida vel sicca nutritionem calidis humidis frigidis et siccis et quod he sunt differentie tangibilium dicitur tactus esse sensus alimentum et differentie tangibilium per se faciunt ad alimentum differentie vero aliorum sensuum faciunt per accidens non per se. si autem sapor quod est obiectum gustus facit ad alimentum hoc est quod gustus est quidam tactus et gustabile est quoddam tangibile si autem tactus per se est sensus alimentum cui inest sensus tactus inest appetitus et concupiscentia alimentum nihil enim habet sensum tactus nisi desideret frigida vel calida vel humidis vel sicca quare omne tale necesse est habere appetitum Deinde cum dicit sapor vero quia gustus est quidam tactus ostendit quod habentia gustum habent etiam appetitum dicens quod sapor non est quoddam delectamentum horum. id est eorum que appetimus per famem vel per sitim ergo cui inest sapor inest ei delectatio et per consequens appetitus ad-

9^{ti} 25ⁱ

9^{ti} 29ⁱ

dit aut quod certificandus est de his posterius. nam de omnibus his sensibilibus infra plenius est dicendum. nunc aut in tantum dictum sit quod animalibus habentibus tactum insit et appetitus et subdit quod de fantasia autem quomodo se habeat ad appetitum uel ad sensum tactus. et uniuersaliter ad omnem sensum immanifestum est posterius aut intendendum est de hoc manifestum est aut quod hominibus tactum habent appetitum sed utrum habeant fantasia non est plene manifestum. Dubitaret forte aliquis quod supra manifeste dixit quod cuiusque inest sensus inest et fantasia. ergo sicut per habitum manifestum est quod cui inest sensus inest appetitus sic per alia est etiam manifestum quod cui inest sensus inest fantasia. Dicendum duplicem esse fantasiam unam indeterminatam aliam determinatam ut supra diffusius diximus dato ergo quod manifestum sit quod cui inest sensus inest fantasia indeterminata cui tamen inest fantasia determinata nunc est manifestum vel possumus dicere quod quod de imaginatione et fantasia infra plenius tractabitur. id dicit hoc immanifestum esse quid sit de ipsa tenendum. Deinde cum dicit quibusdam autem adhuc ostendit quomodo se habeant ad alias potentias secundum locum motuum et intellectuum dicens quod quibusdam autem animalibus adhuc id est supra. b. ut supra vegetatiuum sensituum et appetitiuum inest et secundum locum motuum ergo secundum locum motuum est aliquid supradditum aliis potentiis et alia possunt separari ab ipso et non e converso et subdit quod alteris supple supra omnia hoc inest intellectuum et intellectus ut hominibus et si aliquid alterum est huiusmodi habens intellectum sicut homo autem est et honorabilius homine dicitur. Notandum est quod autem si aliquid aliud est honorabilius homine propter corpora supercelestia que dicuntur esse animata et habere de virtutibus anime. intellectuum et desideratiuum.

Manifestum est igitur quoniam etc.
 m Postquam philosophus ostendit quomodo potentie anime se habent ad inuicem quod ut per appetitiuum non facit gradum distinctum ab aliis sed alie quatuor potentie ut vegetatiuum et sensituum et secundum locum motuum et intellectuum faciunt distinctum gradum animatoz cum secundum hos gradus sumende sint spirituales et proprie diffinitiones anime que addende sunt diffinitioni anime communi ut habeat completa diffinitio eius. id in parte ista post distinctionem harum partium et horum graduum specialiter descendit ad ostendendum quomodo accipienda sit de anima communis diffinitio et quomodo propria nam et si. b. per habitum aliqualem est manifestum tamen per ea que hic dicentur magis veritas patebit. Duo ergo facit quod primo ostendit quomodo accipienda sit de anima diffinitio communis. secundo quomodo propria ibi similiter autem se habent circa primum duo facit quod primo facit quod dicitur

est. secundo ex his que dixerat specialiter descendi ad increpandum platonem ibi unde ridiculum est. dicit ergo quod manifestum igitur est quoniam eodem modo erat utique una ratio id est diffinitio anime sicut figure. nam in ibi. s. in figuris est aliqua figura propter triangulum et quadrangulum et alias figuras que sunt sequenter. sic in ibi ut ex parte animarum est anima aliqua communis separata propter vegetatiuum sensituum et alias spirituales animas et subdit quod fiet autem utique et in figuris una communis ratio id est diffinitio que conuenit quidem omnibus figuris et nullius autem figure erit propria. similiter autem et in dictis animalibus vel in dictis animabus ut hinc alia ratio se habebit quod assignabitur ratio communis anime que conueniet omnibus animabus et nullius anime erit propria. Notandum autem philosophum dixisse querendam esse communem diffinitionem anime que conueniat omni anime propter platonem qui querebat diffinitiones rerum separatam protermittens res naturales et sensibiles. Deinde cum dicit unde ridiculum est descendit ad increpationem platonis specialiter dicens quod bene ridiculum est querere communem rationem id est diffinitionem et in hiis et in animabus et in alteris rebus naturalibus que ratio id est diffinitio nullius erit id est nulli conueniet eorum que sunt propria id est que sunt specialia. talis ergo dicitur esse diffinitio anime communis que conueniat cuius anime proprie id est cuiuslibet anime specialiter et addit quod in supple sufficit querere talem rationem communem dimittentes rationem spiritalem secundum propriam et indiuiduam spiritum. sic ergo querenda est diffinitio communis competens cuius anime quod tamen non protermittat diffinitio spiritualis. Dubitaret forte aliquis quod non videtur intelligibile quod possit dari communis diffinitio anime que non conueniat cuius anime spirituali cum hoc sit de ratione communis quod predicatur de quolibet spirituali. Dicendum quod commune quod est in rebus et quod predicatur de rebus diffiniri non potest nisi diffinitio illa competat cuius particularium quod idem tenendum est de diffinitio et diffinitione quare si commune quod diffinitio predicatur de quolibet spirituali. oportet diffinitionem datam de ipso predicari et de quolibet tali sed si esset vera opinio platonis ponens uniuersalia et communia habere esse separatam et pro se existere tunc de tali communi et uniuersali oportet dare diffinitionem non competentem alicui particulari. nam quod idem iudicium de diffinitione et diffinitio est cum illud commune sit abstractum non potest essentialiter predicari de rebus eo quod nihil essentialiter de rebus predicari potest nisi quod existit in ipsis necessarium erit illius diffinitionem communis non protermere alicui rei particulari itaque cum scia sit de rebus et de uniuersalibus que sunt in rebus et non de ydeis et de uniuersalibus separatim et rursus cum diffinitiones sint ipsarum rerum et ipsorum uniuersalium existentium in rebus et non ipsorum exemplarium nec ipsorum uniuersalium habentium

30ⁱ l. 2

habentium p se eē ne incidamus in positōem
 platonis secundū quē oportebat dare diffinitō
 nem rez cōmuniū z uniuersaliū non competē
 tem alicui particulariū mouet nos philosoph^o
 cauere nobis ne demus huiusmodi diffinitōz
 cōmunē. Aduertendū tamen quod philo
 sophus ex dictis platonis contra platonē argu
 it. volebat enim plato quod qz figure ita ordia
 te se habent qz post teigonū ē tetragonū z post
 tetragonū pentagonū z qz una figura est causa
 alterius in numeris z figuris que sic ordinate
 z causaliter se psequenē non posuit ydeas z exē
 plaria sepata credidit enim quod sufficeret or
 do z causalitas que repit in numeris z figuris
 ad hoc quod possent diffiniri et esse scia de ip
 sis absqz eo quod poneremus ideas separatas
 existentes eozū cās arguit ergo philosophus q
 cum ita ordinate se excedant anime sicut nūe
 ri et figure qz sicut tetragonus p̄supponit trigo
 num et hz tot angulos quot hz trigonus et ad
 huc plures et sicut trinitas p̄supponit dualita
 tem et hz tot unitates quot dualitas et adhuc
 plures sic sensitium p̄supponit uegetatiuum
 et potest quicquid p̄t ipm et adhuc amplius
 et quod dictū est de sensitio respectu negatiui
 intelligendū est de fm locum motiuo respectu
 sensitio et de intellectu respectu fm locum
 motiu ordinē ergo. quē aspiciunt in figuris et
 numeris inuenimus in animabus quare si ibi
 non est figura nec numerus p̄ter has figuras
 pticulares sic nec in animabus erit dare a iōg
 aiā idealem et sepata hntez esse p̄ter has
 animas et per psequens nō erit danda com
 munitatis diffinitio de anima que non comperat
 animabus pticularibus. Aduertendū ē qd
 sicut anime gradatim se excedunt et est dare
 ordinē quendā in ipis animabus sic omnia na
 turalia ordinata sunt. nam sicut omnes nume
 ri habent ordinē ad unitatē sic omnis effectus
 et omnia naturalia habēt ordinē ad primā cāz
 que ē essentia unitatis et bonitatis quare si or
 dinē istū quez aspiciunt in figuris z numeris
 reperimus in animabus z in aliis rebus natu
 ralibus bene dictum est quod philosophus ait
 quod in his idest in animabus z in alteris re
 bus naturalibus ridiculū ē querere cōmunez
 aliquam rōnē que rō nō sit nullius idest nō con
 ueniat alicui eoz que sunt ppria idest que sunt
 specialia z pticularia n3 enim in his n3 in illis
 est dare cōmune aliquod z ideam aliquā sepa
 tam ab istis que spalia z ppria sunt. Aduer
 tendū ēt huius capli duplicē eē necessitatem.
 vnā que tacta fuit vt pp̄ hoc sit hoc caplm in
 troductū vt cum quinqz sint p̄te anime quatu
 or tamen s̄ diffinitōes spales eius qz appetiti
 num nō constituit gradū diuersum ab aliis po
 tentiis. alia est necessitas huius capli vt pp̄ter
 hoc sit introductū ne incidamus in opinionez
 platonis qui dicebat sciam z diffinitōem non
 esse istaz rez sensibiliū sed uniuersalium sepa

torū pp̄ter quod in diffiniendo duplz peccabat
 primo quia oportebat eū dare diffinitōem cō
 munē que nō competebat alicui istoz pticula
 riu3. s̄o quia huiusmodi sensibilia z pticularia
 p̄mittebat ita quod cū daret diffinitōnem
 cōem competentez uniuersalibus sepatis non
 curabat dare diffinitōem ppria p̄petentē sensi
 bilibus rebus. Ideo philosophus postquam dē
 stinxit gradus animatoz ait vt ergo faciēdū
 eē v3 quod querēda est diffinitio cōmunis que
 non sit ppria alicui anime spali pueniat tamē
 cuilibet earum z non est sistendū in tali diffini
 tione sed querenda est diffinitio ppria. De
 inde cū dicit similiter autem se habent offen
 so quomodo querenda ē cōmunis diffinitio ai
 me ostendit quomodo querenda sit ppria cir
 ca quod duo facit qz primo ostendit querendā
 eē diffinitōem ppria. secūdo distinguit gradus
 animatorum vt clarius pateat quot diffini
 tōes pprie sunt querende ibi sine enim uege
 tatiuo. dicit ergo quod similiter se habēt ei qd
 ē de figuris ea que sunt secundū animā. nam i
 figuris z in rebus animatis semp in eo quod
 est psequenter z posterius est potentia idest v
 tualiter id quod ē prius ut in tetragono virtua
 liter quidem ē trigonū qz omēs angulos quos
 hz trigonus habet tetragonus z adhuc plēs
 z in sensitio virtualiter est uegetatiuus quia
 quicquid potest uegetatiuū potest sensitium
 z adhuc amplius quare si sensitium cadit supra
 uegetatiuū z vnus gradus animatoz aliquid
 ppriu z aliquid spale addit supra aliū non est
 sistendū in diffinitōe cōmuni. sed z secundum
 vnūquodqz animatoz. querendum est que sit
 vnuscuusqz anima z que sit ppria vnuscu
 iusque ratio vt que plante z que hominis aut
 etiam que bestie. z addit quod pp̄ter quā autē
 causam sic consequēter se habēt huiusmodi ani
 mata quod vnus addit supple aliud z vnus
 potest separi ab alio z non econuerso. vt qz ue
 getatiuū potest separi a sensitio sed non con
 uertitur quare ergo hoc contingit consideran
 dum est supple post vt circa finem huius libri.

Dubitaret forte aliquis quia videtur hic
 philosophus ponere solum tres gradus ani
 matorum videlicet plantam bestia z hominē
 et etiam cōmuniter distinguunt tres anime.
 scilicet uegetatiua. sensitua. et intellectua. q̄
 inconuenienter assignatur quatuor gradus ani
 matorum z non bene dicitur querendas esse
 quatuor speciales diffinitōes anime. dicen
 dum quod in rebus ordinatis in quibus est p
 gressus ab extremo in extremū per medium.
 saltem est assignare tria membra. videlicet su
 perius extremū z inferius extremum z mediū
 inter vtrunqz vt in animabus extremū supe
 rius est anima intellectua. que vt intellectua
 quicquid recipit quasi penitus imaterialiter
 recipit quia recipit sine materia z sine conditō
 nibus matere extremū autem inferius tenet

anima plantarum que quicquid recipit materia-
liter recipit. nam planta secundum quod huius
modi non immutat nisi materialiter tantum me-
dium autem gradum tenet anima bestiarum vel
anima sensitiva. nam sensus nec immutat peni-
tus materialiter cum ut infra dicitur sit susce-
ptivus specierum sine materia. nec etiam im-
mutat penitus immaterialiter quia recipit cum
partibus materie recipit enim particulari-
ter et hic et nunc secundum hoc ergo assignantur
tres gradus animarum videlicet plante que te-
net gradum extremum et infimum et hominis qui
inter mortalia tenet gradum supremum. tertia
est anima bestie tenens gradum medium inter
illa secundum hoc ergo assignantur tres anime.
scilicet vegetativa. sensitiva. et intellectiva. Ad-
vertendum tamen quod sensitivum quod ponit
medium inter vegetativum et intellectivum non est
medium punctale sed magne latitudinis in. b.
enim medio est assignare duos gradus quia quod-
dam sunt sensibilia et animalia imperfecta ut
illa que solum sentiunt et non movent se motu
progressivo. si autem competit eis aliquis motus
hic est dilatationis et constrictionis. quedam vero
sunt perfectiora quibus competit non solum sen-
sitivum sed etiam secundum locum motivum non
ergo obstante quod triplex est anima possunt ta-
men distingui quatuor gradus animarum.
quia anima sensitiva vel anima bestiarum di-
viditur in duos gradus quia quedam est solum
principium sentiendi. quedam vero sentiendi
et secundum locum movendi. Deinde cum di-
cit sine enim vegetativo distinguit vel assignat
hos quatuor gradus animarum. ideo quatuor
facit quia primo ostendit esse quedam anima-
ta que solum vivunt ut plante. secundo ait esse
quedam que vivunt et sentiunt ut animalia im-
perfecta. tertio dicit esse animalia que vivunt et
sentiunt et moventur secundum locum ut anima-
lia perfecta. quarto ait esse quartum gradum
animarum ut hominem cuiuscomperant omnia
hec et etiam intelligere. secunda ibi iterum au-
tem. tertia ibi et sensitivorum. quarta ibi ultimum
autem. dicit ergo quod sine vegetativo enim
non est sensitivum sed a sensitivo separatur ve-
getativum ut in plantis. plante ergo tenent in-
fimum gradum inter animalia quia eis non
competit nisi vegetativum tantum. Deinde
cum dicit iterum autem sine determinat de
secundo gradu animarum ut de animalibus
imperfectis dicens quod iterum quidem
quod potest tangere id est sine tactu neque sine eo
vixit id est nullus est aliorum sensus. tactus
enim est sine aliis sensibus quia multa de nu-
ero animalium ut animalia imperfecta neque
habent visum neque auditum neque etiam ha-
bent sensum odoratus sed habent solum tactum
in secundo ergo gradu sunt alia imperfecta quibus
inest solum vegetativum et sensitivum et
non sensus quilibet sed sensus tactus. Deinde

de cum dicit et sensitivorum determinat de ter-
tio gradu animarum dicens quod et sensitivorum
autem alia quidem habent motivum se-
cundum locum ut animalia magis perfecta alia
autem non habent ut imperfecta. in tertio er-
go gradu sunt animalia perfecta quibus com-
petit vegetativum. sensitivum et secundum lo-
cum motivum. Dubitaret forte aliquis quia
vermes secundum hoc videntur esse animalia im-
perfecta cum eis competat secundum locum moti-
vum. dicendum quod ut supra tangebatur hic se-
cundum locum motivum intelligitur de motu progres-
sivo. quedam enim movent seipsa solum dila-
tando et restringendo ut conche marine huic
enim motui assimilatur motus vermium. nam
cum vermes se movent. primo secundum par-
tem anteriorem se retrahunt et restringunt et se
constringendo secundum partem anteriorem tra-
hant post se partem posteriorem et postquam sic
se constringunt et strinxerunt et traxerunt post
se aliam partem dilatant postea se secundum
partem constrictam. et sic faciunt se ad ulterio-
rem locum motus ergo ille non proprie est motus
progressivus imo valde modicum differunt a mo-
tu dilatationis et constrictionis ex quo manife-
ste patet quod omnia reptilia cuiusmodi sunt
serpentes et talia imperfecta sunt quia non
proprie gradum sed reptant. Deinde cum di-
cit ultimum autem determinat de quarto gra-
du animarum dicens quod ultimum et mi-
nimum inter animalia est habens ratiocinationem
et intellectum et subdit quod quibus enim cor-
ruptibilem inest ratiocinatio hiis et reliqua
omnia insunt quibus autem inest unum quod
que aliorum non omnibus inest ratiocinatio et
intellectus sed cui inest intellectivum inest ve-
getativum sensitivum et secundum locum mo-
tivum. sed non convertitur intellectivum. er-
go in mortalibus presupponit omnia alia. sed
nullum aliorum presupponit ipsum. immo non so-
lum quodlibet aliorum non presupponit intelle-
ctivum. sed etiam non quodlibet presupponit
imaginativum ideo subdit quod quibusdam au-
tem animalibus neque imaginatio inest sed que-
dam animalia vivunt id est diriguntur in ope-
ra vite a sola id est per solam imaginationem.
ratio autem quare possunt habere imaginatio-
nem sine intellectu est quia de speculativo au-
tem intellectu altera ratio est quam de yma-
ginatione et propter hanc alteritatem et diver-
sitate potest illa potentia inesse alicui anima-
li preter istam. Ultimo concludit circa de-
terminata dicens quod quidem igitur mani-
festum est per habita quod supple cum sint tot
gradus animarum de unoquoque eorum
sumenda est propriissima ratio scilicet que est
dicta videlicet quod anima est actus corporis
quo primo constituitur. quo primo sentitur. et sic
de aliis.

Necessarium



Necessarium est autem debentem
 re. Postquam philosophus do-
 cuit assignare circa animam non so-
 lum definitionem communem sed
 etiam definitiones proprias sum-
 ptas secundum diuersa opera vite et secundum
 diuersas potentias in parte ista intendit deter-
 minare de vnaquaque harum potentiarum.
 circa quod duo facit. quia primo ostendit quo
 ordine procedendum. secundo incipit determi-
 nare de vnaquaque potentia secundum ordi-
 nem preactum. secunda ibi quare prius de ali-
 mento. circa primum duo facit secundum quod
 potentie ad duo comparari possunt. videlicet
 ad organa et ad alia que consequuntur ipsas po-
 tentias. secundo vero ad actus et ad obiecta.

Primo ergo ostendit quo ordine est deter-
 minandum de potentijs prout comparantur
 ad organa et ad alia que consequuntur ipsas
 potentias. Secundo vero prout comparan-
 tur ad actus et obiecta secundum que huius-
 modi potentie habent diffiniri. secunda ibi si
 autem oportet dicere. dicit ergo quod necessa-
 rium est autem delectem facere per scrutatio-
 nem de hijs idest de potentijs huiusmodi ac-
 cipere quid est vnumquodque eorum idest vna-
 quaque harum potentiarum. Postea au-
 tem sic idest post determinationem hanc inue-
 stiendum est de habitis idest de hijs que conse-
 quuntur potentias aut etiam oportet inuesti-
 gare. et de alijs vt de organis ipsarum potetia-
 rum. Notandum quod circa quamlibet po-
 tentiam possumus aliquas assignare propria-
 tes consequentes ipsam vt proprium est visui sen-
 tire a remotis magis quam aliquis sensus et
 suscipere species magis intentionaliter quam
 aliquis sensuum vel aliqua alia si qua sint.

Determinandum est ergo de ipsis potenti-
 is et de proprietatibus sequentibus eas et de ali-
 is vt de organis ipsarum potentiarum. De-
 inde cum dicit si autem oportet ostendit quo
 ordine determinandum est de potentijs prout
 comparantur ad actus et obiecta dicens quod
 si autem oportet dicere quid est vnumquodque
 ipsorum idest vnaqueque harum potentiarum
 vt quid est intellectiuum sensitiuum aut vegeta-
 tiuum prius adhuc dicendum est quid sit actus
 vt quid sit intelligere et quid sentire. nam actus
 et operationes secundum rationem diffinitiuam
 sunt priores potentijs. si autem sic idest si pri-
 us est dicendum de actibus quam de potenti-
 is. adhuc oportet considerare opposita idest
 obiecta tanquam priora hijs idest actibus vti
 que propter eandem causam oportebit determi-
 nare primum de illis idest de obiectis quam
 de actibus vt determinandum erit prius de
 alimento et de sensibili et intelligibili que sunt
 obiecta dictarum potentiarum quam de ipsis
 actibus. Dubitaret forte aliquis quia non vi-
 detur prius esse determinandum de actibus quam

de potentijs. nam actus fluunt et causantur a
 potentijs. ergo sunt posteriores in esse quam il-
 le et posterius determinandum est de actibus
 quam de illis. Rursus priora non diffini-
 untur per posteriora quare si actus sunt poste-
 riores potentijs quia causantur ab illis ergo
 si volumus scire quid est vnaqueque potentia
 rum non oportet prius determinare de acti-
 bus quia actus non debent esse diffinitiuum po-
 tentiarum ex quo sunt posteriores illis. Dicen-
 dum quod duplex est prius quo ad nos et secun-
 dum naturam planum est enim priores esse
 actus potentijs quo ad nos. nam anima nostra
 tenet infimum gradum et tenet puram poten-
 tia in genere intelligibilium sicut materia in
 genere entium quare sicut nullus actus in ge-
 nere entium potest egredi a materia antequam
 informetur aliqua forma siue specie sensibili sic
 nullus actus in genere intelligibilium potest
 egredi ab intellectu priusquam informetur ali-
 qua specie intelligibili. intellectus ergo non po-
 test intelligere per seipsum sicut nec materia age-
 re sed si intelligit hoc est prout informatur spe-
 ciebus aliorum obiectorum. species ergo ille
 prius ducunt in cognitionem obiectorum quorum
 sunt species et ducendo in cognitionem obiecto-
 rum ducunt in cognitionem actuum et deinde in
 cognitionem potentiarum ita quod potentie co-
 gnoscuntur per actus et actus per obiecta. actus
 enim immediatius comparantur ad obiecta
 quam potentie eo quod potentia tendit in ob-
 lectum mediante actu quare si prius cognosci-
 mus obiecta oportet per ea prius cognoscere
 actus quam potentias. igitur quo ad nos actus
 sunt priores potentijs et ex hoc volunt aliqui
 sumere rationem sufficientem quod potentie
 diffiniuntur per actus non quia actus sunt prio-
 res secundum naturam sed solum quo ad nos
 hoc tamen non sufficiens dicitur quia tunc sub-
 stantie diffinirentur per accidentia et haberent
 diffinitionem per additamenta cum nostra co-
 gnitio incipit a sensu et sensibilia sunt nobis
 accidentia quam substantie. Sciendum quod
 actus etiam secundum naturam sunt aliquo
 modo priores potentijs. nam cum semper cau-
 sa sit prior causato secundum naturam cum duo
 aliqua secundum philosophum quinto meta-
 phisice sic se adinuicem habere possint quod
 vnum est causa alterius et e conuerso vt potio
 est causa sanitatis et sanitas est causa potio-
 nis non est inconueniens aliqua duo sic se ha-
 bere quod secundum naturam vnum est prius
 altero et e conuerso. hoc ergo modo se habent
 actus et potentia. Nam potentie sunt cau-
 se actuum in genere cause efficientis sed quia
 ipse ordinantur ad actus tanquam ad finem
 actus sunt causa potentiarum in genere cause
 finalis sunt ergo actus secundum naturam prio-
 res potentijs non secundum esse sed secundum
 intentionem nature inde est ergo quod quia po-

tentie sunt quæ sunt quedam organa ipsius anime
 per que exercet suos actus cum organa maxi-
 me diffiniri habeant per opera ad que ordinã-
 tur bene dictum est quod dicitur in littera vide-
 licet quod si scire volumus quid sit vnaqueq;
 istarum potentiarum. primo sciendum est quod
 si actus habent enim potentie diffiniri per ip-
 sos actus tãquam per suum finem et tanquãz
 per ea que sunt priora intentione nature. Op-
 posita autem hiis non est difficile soluere. nam
 cum dicitur potentias causas esse actuum. ve-
 rum est in genere cause efficientis actus. tamen
 sunt causa potentiarum in genere cause finalis
 et secundum hoc possunt diffiniri eas quod ve-
 ro addebatur quod nihil diffinitur per suum
 posterius patet quod licet actus secundum na-
 turam sint posteriores in esse. sunt tamen prio-
 res secundum nature intentionem et vt prio-
 res sunt possunt esse diffinitiuu potentiarum.

Alterius forte dubitaret aliquis vtrum
 actus distinguantur per obiecta et vtrum pri-
 us determinandum sit de obiectis quam de
 actibus et videtur quod non quia potentiarum
 anime quedam sunt actiue quedam passiue.
 actiue vt nutritiua augmentatiua. passiue vt
 potentie sensitiue et etiam ipsum intelligere est
 quoddam passiuu. obiecta vero licet habeant ra-
 tionem cause respectu actuum potentiarum pas-
 siuarum. tamen respectu actuum potentiarum
 actiuarum non habent rationem cause sed po-
 tius econuerso. nam obiecta nihil causant in
 potentiis actiuis secundum quod huiusmodi
 sunt sed magis ipse potentie causant aliquid in
 obiectis non ergo est vniversaliter verum quod
 actus diffiniatur per obiecta. quia in potentiis
 actiuis magis videntur debere diffiniri obie-
 cta per actus quam econuerso. Dicendum
 quod obiecta sunt priora actibus et potentiis
 quo ad nos. nam vt dicebatur in precedenti p-
 racta questione anima cognoscit seipam cogno-
 scendo alia pcedit enim anima in cognoscendo
 seipam quasi modo resolutiuo. nam potentie
 egrediuntur ab anima et a potentiis egrediun-
 tur actus et mediantibus actibus fit progressus
 ad obiecta anima tamen primo cognoscit ob-
 iecta et per obiecta actum et per actus potenti-
 as et per potentias cognoscere potest suam sub-
 stantiam et naturam. Rursus obiecta non
 solum sunt priora quo ad nos sed etiã sunt prio-
 ra quo ad naturam quia sunt aliquo modo cau-
 sa respectu actuum siue illi actus sint potentia-
 rum actiuarum siue passiuarum. nam actuum
 potentiarum passiuarum obiecta sunt causa in
est aliquid in se z ut imutat ab obiecto sic hāt
iudicare z sic pertineat iudicium ad ipm put
vero imutat flum comunem z put flus comu
nis unit se illi z vt est aliquo modo idem. cuz
illo sic non iudicet nec hoc modo directe perti
neat iudicium ad ipm particularem flum sz
magis pertineat ad flum comunem qui pōt
dici ultimum flitium eo quod sit terminus oī
um particularium fluum non valet si per flū
particularem sentimus nos sentire modo quo
dictum est quod h^o flus actionem suam dire
cte z in se possit cognoscere z vtz autez possit
eam cognoscere aliquo modo in sequentib^o ap
parebit. Deinde cum dicit habet aut dubi
tationem obicit ad partem contrariam osten
dens quod non eodem flum sentimus z sentim^o
nos sentire. nec eodez visu videmus z videm^o
nos videre dicens quod id quod dictum ē qd
eodem visu videmus z videmus nos uideri
habet dubitationem qz sentire visu idem ē qd
videre uidez aut color aut habens hūc idest co
lorem igit si videbit aliquis quod est z uidens
idest si uidebit se uideri uel si uidebit uisionem
suam z primum uidens idest organū visus in
quo primo z principaliter fūdat visus uel ipa
uisio habebit colorem supple qd est inconueni
ens. Notandū aut q si visus uideret se ui
dere. uideret ipam uisionem z qz nihil uideruz
nisi q habet colorem uel q est coloratum. tūc
ipm organum visus uel ipa uisio haberet co
lorem uel esset colorata quod est inconueniēs.
Deinde cū dicit manifestū est igit soluit. ad que
stionem ppositam z qz aliquo modo per eundē
uisum videmus z videmus nos uideri z p eū
dem flum sentim^o z sentimus non sentire vt ē
aliquo

aliquo modo patefactū per iam dicta et per di-
 cenda clarius patefiet. ideo non soluit ratios
 h. pbantes sed soluit rationem hanc ultimā on-
 dentem q̄ non eodem visu quo videmus vide-
 mus nos videre ad cuius evidentiam sciendū
 quod in ratione illa duo supponebant quoru-
 primum erat q̄ non videt nisi coloratum s̄m
 vero erat q̄ visio non est colorata ideo conclu-
 debat q̄ per visum non possumus videt nos
 videre nec videre visionē. i. soluendo ergo hāc
 rationem duo facit q̄ primo soluit eam falsifi-
 cando suppositōem primam ostendens q̄ non
 quicquid videt est coloratum. s̄o soluit eaz fal-
 sificando suppositionem s̄am ostendens quod
 ip̄a visio est quodāmodo colorata cuius oppo-
 situm supponebat in arguendo. s̄a ibi amplius
 autem. dicit ergo manifestū igit̄ q̄ non est visu
 sentire unū tantū idest sentire tantū vno mo-
 do et nāq̄ cū non videmus visu discernim⁹ te-
 nebras et cum videmus visu discernimus lumē
 s̄ non similiter q̄ non eodem modo visu discer-
 nimus tenebras et lumen falsa est ergo suppo-
 sitio prima q̄ quicquid videmus et coloratum
 uel lucidum possumus enim visu cognoscere te-
 nebram quāuis non sit colorata videlicet luci-
 da ergo non oportet q̄ per visū non uideamus
 nos videre nec uideamus uisionem dato qd̄
 ip̄a visio nec esset colorata nec lucida. quantū
 est ergo ex ui argumentandi ut patet non solu-
 debat argumentū. Deinde cū dicit ampli⁹
 aut soluit ad rationem prefactam falsificando
 suppositionem s̄am. supponebat enim ibi vi-
 sionem non esse coloratam. duo ergo facit quia
 primo ait hoc esse falsū s̄o pbat q̄ dixerat ibi
 s̄sitium enim. dicit ergo amplius autem et ui-
 dens idest organū visus vel ip̄a visio tanquā
 quid coloratum est cuius supple contrariū sup-
 ponebat in prefata ratione Deinde cum di-
 cit s̄sitium enim pbat quod dixerat et duo fa-
 cit s̄m q̄ dupliciter pbat ip̄am uisionem vel
 ip̄m organum visus quodāmodo coloratū esse
 s̄a ibi s̄sibilis autem. p̄tinuet autē sic bene di-
 co q̄ ip̄m organum visus est quodāmodo quid
 coloratum q̄ s̄sitium idest organū s̄sibilis unū
 quodq̄ est susceptiuum speciei s̄sibilis sine ma-
 teria un̄ abeuntib⁹ s̄sibilibus insunt animalib⁹
 s̄sibilis et fantasie quibus sentiunt q̄ supple. eē nō
 posset nisi q̄ unumquodq̄ organum sensus re-
 cipit similitudinem et sp̄m sensibilibus ut or-
 ganum auditus recipit similitudinem et speci-
 em soni. organū vero visus similitudinem et
 sp̄m coloris sed quicquid recipit sp̄m et simi-
 litudinem coloris est quodāmodo quid colora-
 tum. ergo ip̄a visio vel ip̄m organū visus siue
 ip̄e sensus visus est quodāmodo coloratum q̄
 pbare volebamus.

ganum visus quodāmodo coloratum eē in paz-
 te ista ut dicebat pbat hoc idem alia via siue
 per aliam rationem circa q̄ duo facit q̄ p̄mo
 facit q̄ dictum est. secundo ex his que dixerat
 soluit questionem quasdam de quibus fuit an-
 tiquitus dubitatum ibi quoniam autem un⁹
 quidem. Ad euidentiā autem prime p̄tis
 sciendum q̄ idem est actus s̄sibilis et s̄sibilis et qd̄
 idem est actus actiui et passiui et oio mouentis
 et moti. nam si ignis agit in stupam et stupam
 calefaciat non alia calefactione ignis calefacit
 et stupa calefit. sed illa eadem calefactione per
 quam calefacit ignis calefit et stupa. eadem est
 ergo calefactio que est actio ignis et passio stu-
 pe. differt tamen secundum eē et ratōnem q̄
 licet sit eadem calefactio que est actio et passio
 non tamen secundum eandem rationem ē. h.
 et illud sed est actio ut est ab agente igne et est
 passio ut recipit in stupa que patit̄ declarata.
 est ergo hec p̄positio prima q̄ idem est actus
 agentis et patientis lz non s̄m eandem ratio-
 nem. Rursus sciendum est q̄ actio et passio nō
 sunt in agente sed i patiente. calefactio enī que
 est actio ignis et passio stupe non est in igne ca-
 lefaciente sed est in stupa calefacta. ex his autē
 duabus p̄positionibus patet q̄ ip̄e s̄sibilis visus
 debet dici quodāmodo coloratus et quod ip̄m
 organū visus cum actu patit̄ a colore debet di-
 ci quodāmodo coloratum nam si idem ē actus
 actiui et passiui cum color agit in sensū visus
 vel in organum visus. idem erit actus coloris
 agentis et sensus patientis. ergo si color agit in-
 primendo similitudinem suam et colorando
 ip̄a coloratio que est actus coloris erit etiam et
 actus et perfectio sensus ut patet per p̄positio-
 nem primam. Rursus per p̄positionem secū-
 dam q̄ actus agentis et patientis non est i agē-
 te sed i patiente coloratio non erit in colore agē-
 te sed magis erit in ip̄o s̄sibilis et in ip̄o organo qd̄
 patit̄ a colore. sed ubicunq̄ est coloratio illud
 colorat̄ et est quid coloratum. ergo ip̄e s̄sibilis vi-
 sus colorat̄ a colore vel ip̄m organum visus co-
 lorat̄ a colore et est quid coloratum. duo ergo
 facit s̄m quod hec ratio fundat̄ in duabus p̄-
 positionibus. nam primo p̄ponit p̄positionem
 primam videlicet quod idem est actus s̄sibilis.
 et s̄sibilis et omnino actiui et passiui. s̄o determinat
 p̄positionem secundam v̄z quod huiusmodi
 actus qui potest dici actio et passio secundum
 aliam et aliam rationem non est in agente sed
 in passio sicut motus per se non est in mouente
 sed in moto. secunda ibi si igit̄ est motus et actō
 dicit ergo autem sensibibilis et s̄sibilis est idē et unū
 secundum rem sed esse ip̄orum non est idem
 q̄ differt secundum rationem. dico autem ut
 sonus secundum actum et auditus secundum
 actum. nam idem est actus soni actu imutan-
 tis auditum et auditus actu imutati a sono. et
 dicit secundum actum quia est idest contingit
 habentis auditum non audire idest non imu-

6c. 28.

f Sensibilis autem actus etc. Post
 quam philosophus pbauit p̄ vnā
 rationem ip̄m visum vel ip̄m or-

130
rari a sono, sed cum opes id est cum actu audire
possibile est audire id est quod potest audire et
sonat possibile sonare tunc secundum actum au-
ditus et secundum actum sonus fit simul quorum
utrumque aliquis hoc quidem dicit esse auditionem
ut se tenet ex parte auditus, h. vero sonationem
ut se tenet ex parte soni. Notandum autem
quod quando sonus potest imutare auditum
et non imutat actu et auditus potest imutari a
sono, non tamen imutatur actu non resultat tunc
aliquis unus actus ex sensibili et sensu quia nihil im-
primatur in sensu, ex quo non actu imutatur sen-
sus nec actu imutat sensibile et ideo signanter
loquitur philosophus de auditu secundum actum
et de sono actu imutate auditum. Notan-
dum etiam quod licet sit eadem impressio quae
sensibile agit et quomodo sensus recipit illa tamen
impressio differt secundum rationem propter quod
differentiam est diuersis nominibus nomina-
da ut est ab agente et ut suscipitur in passio et maxi-
me si habuerimus nomina ad haec imposita,
quod aliquando non habemus nomina ad haec im-
posita ut patebit in sequenti particula, inde est
ergo quod licet sit eadem impressio quae facit
sonus et quam recipit auditus, illa tamen im-
pressio differt secundum rationem quia ut est a sono
dicitur sonatio ut recipitur in organo auditus dici-
tur auditio. Deinde cum dicit si igitur est mo-
tus declarat propositionem secundam videlicet quod
haec actio quae est sensibilis et sensus non est in sensi-
bili agente, sed magis est in sensu patiente quia
actio et passio et omnino motus non sunt in age-
te sed in eo quod patitur, ideo autem si igitur est motus
et actio et passio in eo quod agit id est in eo quod patitur
necesse est et sonum et auditum qui est secundum
actum esse in eo quod est secundum potentiam, id est
in organo quod comparatur ad obiectum tanquam
potentia ad actum et tanquam passiuum ad acti-
uum quod autem actus sensibilis sit in sensu patitur
quod actus actui et motui in patiente sit vnde non est ne-
cesse mouens moueri quia motus per se loquen-
do non est in mouente sed in moto, addit autem
quod actus quidem sonationis est sonus aut sona-
tio auditus autem est auditio aut auditus et se-
quitur quod dupliciter enim dicitur auditus
et dicitur sonus videlicet secundum actum et
secundum potentiam, et addit quod eadem ratio
est in aliis sensibus et sensibilibus quod sicut actio et passio
sunt in patiente et non in agente sic actus sensi-
bilis et sensitui est in sensituo tanquam in
patiente sed in quibusdam quidem nominatum
est ut sonatio et auditio, in quibusdam autem
non nominatum est utrumque sed alterum quia
visio dicitur actus visus quae vero est coloris non
nominatum est et gustatio actus est gustus hu-
moris autem id est saporis non nominatum est
tunc ergo supplenda est ratio quod si idem est actus
sensibilis et sensus ut dicebat, propositio prima et ille
actus est in ipso sensu siue in ipso sensituo tanquam
in patiente ut dicit haec propositio secunda actus

coloris qui potest dici coloratio erit ipsius sensus
visus vel ipsius organi visus et erit in ipso sensu
vel in ipso organo et quod ubique est iste actus qui
est coloratio potest dici quod illud colorat sicut ubi-
cunque est calefactio potest dici quod illud calescit
bene dictum est quod ipse sensus visus vel ipse or-
ganum quodammodo coloratur et quodam-
modo est quid coloratum. Notandum au-
tem quod distinguit et ait quod dupliciter dicitur au-
ditus et dupliciter sonus videlicet secundum
actum et secundum potentiam quia ut diceba-
tur quod cum dicitur quod idem est actus sensibilis et sen-
sus intelligendum est de sensibili actu imutate
et de sensu actu imutato non autem de imutante
uel de imutato secundum potentiam. No-
tandum etiam quod ut dicebatur licet sit idem
actus sensibilis et sensus quia eadem est impressio
quam sonus facit et quam auditus recipit dif-
fert tamen secundum rationem et propter istam diffe-
rentiam secundum rationem sortiri potest illa im-
pressio diuersa nomina, sed aliquando illa nomina
sunt ambo imposita, aliquando vero est im-
positum unum et non alterum, nam impressio
quae fit in auditu habet utrumque nomen impositum
quia ut est a corpore sonante dicitur sonatio ut
recipitur in auditu dicitur auditio, sed impressio quae
fit a colore ut recipitur in visu dicitur visio sed ut
est a colore apud grecos forte non est quid nomi-
natum, possumus tamen eam nominare colo-
rationem sic etiam impressio quae est a sapore,
ut recipitur in gustu dicitur gustatio sed ut illa
impressio est a sapore forte apud grecos est in-
nominata, potest tamen nominari saporatio.

140
Deinde cum dicit quoniam autem unus
quidem ex his quae dixerat soluit questionem quae
dam, de quibus fuerat antiquitus dubitatum
circa quod dicitur secundum quod tales du-
as questiones soluit ibi si autem simphonia di-
cit ergo quoniam autem unus quidem est actus
sensibilis et sensus, sed esse est alterum quia secundum
rationem differt necesse est simul corrumpi et
saluari sicut dictum est auditum et sonum et
humorem igitur et gustum et alia similiter sed
hoc intelligendum est de dictis secundum actum
quia dicta secundum potentiam non necesse est
ea simul saluari et corrumpi sed priores philo-
sophi hoc non bene dicebat nihil opinantes, neque
album neque nigrum sine visu esse neque humorem
id est saporis sine gustu quia sic quidem id est
vno modo dicebant recte, sic autem id est alio
modo non recte quia dupliciter dicto sensu et
dupliciter quidem dictis sensibilibus hiis quod est
secundum potentiam illis vero secundum actum
de his quidem id est de dictis secundum actum
accidit quod dictum est, sed in alteris id est in
dictis secundum potentiam non accidit sed il-
li id est priores philosophi simpliciter dicebant
de dictis non simpliciter. Dubitaret forte
aliquis quia videtur falsum esse quod sensibilia
sunt dicta secundum actum et secundum potentiam
nam

nam ut infra patebit in tertio huius nos indigemus ponere intellectum agentem quia intelligibilia a nobis sunt intelligibilia in potentia et fiunt intelligibilia in actu per lumen intellectus agentis in cuius virtute fantasmata movent intellectum possibilem. sed possibile sunt actu talia. ideo non indigemus ponere sensum agentem male ergo dictum est possibile esse potentia talia. Dicendum quod non est intentio philosophi dicere quod album non sit actu album etiam si non percipiatur a visu et quod calidum non sit actu calidum etiam si non percipiatur a tactu nec est intentio philosophi quod obiectis possibilebus aliqua actualitas conferatur per sensum sicut aliqua actualitas conferatur obiectis intelligibilibus per lumen intellectus agentis. ista ergo actualitas et potentialitas non est intelligenda de obiectis possibilebus in se sed intelligenda est ut imitant sensum. nam licet album semper sit album actu non tamen semper actu imutat visum vult ergo dicere quod possibile aliqua quando actu imutant sensum aliquando vero non actu imutant sed possunt imutare: sic et sensus aliquando actu imutantur a possibilebus aliquando vero non actu imutantur sed possunt imutari. Alterius forte dubitaret aliquis quomodo sensus et possibile in actu sunt simul in potentia vero non oportet. Dicendum quod ut patet per questionem premissam hic possibile in actu appellatur quando actu imutat sensum et sensus in actu quando actu imutatur a possibile intellectu ergo quod dicitur per nomen propositio philosophi nullam habet calumniam. nam non est intelligibile quod sensus actu imutetur et tamen non sit possibile quod actu imutet sic etiam stare non potest quod sit possibile actu imutans sensum. et tamen non sit sensus actu imutatus a possibile ergo in actu simul sunt sed in potentia non oportet simul esse. nam non oportet si iuxta orbem lune est ignis qui possit imutare tactum quod ibi possit esse tactus qui possit imutari ab igne. sed si esset vera propositio quorundam antiquorum quod verum esset in apparendo et quod sensus haberet virtutem discipline ita quod aliquid in tantum esset tale in quantum tale. apparet sensui ita quod non esset aliquid dulce nisi in quantum sentiretur a gustu nec calidum nisi in quantum sentiretur a tactu tunc nusquam esset calidum nisi ibi esset tactus sentiens. non esset ergo possibile potens imutare sensum ut non esset calidum potens imutare tactum nisi ibi adesset tactus potens imutari a calido propter quod secundum hanc ipsothesim non solum possibile in actu non separatur a sensu sed etiam nec possibile in potentia verum quia hec est omnino ridiculosa propositio quod possibile accipiant esse a possibile et quod non sint talia nisi in quantum sentiuntur a possibile non est simpliciter concedendum quod possibile et sensus simul sint et non sint. sed est distinguendum quod possibile et sensus sunt

pro in actu sic se habent ut dictum est. sumpta vero in potentia non oportet sic se habere philosophi vero quia non distinguebantur simpliciter in hac materia loquebantur peccabant.

Deinde cum dicit si autem symphonia soluit questionem aliam quare excellentia sensibilem corrumpit sensum. circa quod duo facit quia primo premitit quod idem est actus sensibilis et sensus. secundo ex hoc concludit quod excellentia sensibilem corrumpit sensum ibi. et propter id corrumpit. dicit ergo si autem symphonia est quedam vox. vox autem et auditus sicut unum et idem et est non sicut unum et idem quia actus sensibilis et sensus est sicut unus. et idem secundum rem non autem secundum rationem et subdit quod proportio autem est symphonia et quia si est necesse est et auditum esse quandam rationem id est quandam proportionem. Notandum autem quod symphonia est vox quedam sicut homo est animal quoddam. nam symphonia est quasi quedam species vocis. nam non omnis vox est symphonia sed vox aliqua est vox quedam ut vox illa que est consona et proportionata symphonia quedam potest dici. Notandum autem quod si idem est actus sensibilis et sensus idem erit actus vocis et auditus ita quod eadem est impressio que vox facit et quam auditus suscipit. non ergo potest esse quod sit proportio in voce et non sit proportio in sensu si ergo vox ipsa est quedam symphonia et quedam proportio. ergo et ipse auditus proportio quedam erit. Notandum etiam quod non omnis vox dicitur audibilis. nam nimis magnus sonus et nimis magna vox et nimis parvus sonus et nimis parva vox. ut patet per habita non sunt quid audibile et quia non omnis vox est audibilis sed quedam et illam quedam vocem quam dicimus audibilem. quia oportet esse comensuratum et proportionatum cum idem sit actus sensibilis et sensus secundum rem licet non sit idem secundum rationem necesse est ipsum sensum esse quandam rationem id est quandam proportionem et quandam comensurationem. Deinde cum dicit et propter id corrumpit. ex his que dixerat concludit quod excellentia sensibilem corrumpit sensum dicens et propter id supra quod sensus est quedam proportio unumquodque excellens acutum et grave corrumpit auditum et in humoribus id est in saporibus excellentia corrumpit gustum et in coloribus fortiter fulgidum et fortiter opacum id est fortiter obscurum corrumpit visum et in olfatu odor fortis ut odor dulcis et odor amarus si sit fortis corrumpit olfactum tanquam sensus sit quedam ratio id est quedam proportio. proportio autem corrumpitur in excellentiis et reservatur in mediis. unde et delectabilia quidem sunt sincera et mixta entia ad rationem id est ad proportionem quando enim ea que sunt sincera id est pura et extrema si miscantur et reducuntur ad proportionem sunt

magis delectabilia sibi ut acutum aut dulce. aut salitum delectabilia tunc supple sunt quando sunt mixta et redacta ad medium. Ideo subdit omnino autem quod mixtum est supple est quid delectabile et symphonia magis est quid delectabile auditui quam acutum et graue et calefactibile. et frigeffectibile. si misceatur et reducantur ad medium erunt delectationes tactus sed hec omnia sic se habent quia sensus est quedam ratio id est quedam proportio. excellentie autem sensibilium contristant aut corrumpunt sensum et sensus contristantur aut corrumpuntur per excellentias sensibilium. Dubitatur forte aliquis utrum sensus particulares directe percipiant actiones suas. dicendum quod triplici uia uenari possumus sensus particulares directe et in se actiones suas non percipere. prima via sumitur ex eo quod sensus est virtus materialis. secunda ex eo quod est extensa extensio ne organi. tertia ex eo quod est virtus passiva. prima via sic patet quia omnis virtus materialis est impressa materie et est alligata materie quare non est libera. ideo non potest se supra seipam conuertere. virtus enim materialis non habet esse in se sed in alio et quia modus agendi debet sequi modum essendi sicut virtus materialis non habet esse in se sed in alio ita directe non habet actionem que terminetur ad se sed ad aliud ut oculus videt alia et non se et olfactus odorat alia et non se. quare cum actiones sensuum sint in ipsis sensibus esse non posset quod sensus perciperet actionem suam nisi libere se possit conuertere supra se et nisi haberet actionem que terminaretur ad ipsum vel ad ea que sunt in ipso quod virtuti materiali directe ut ostensum est non potest competere secunda via ad ostendendum hoc idem sumitur ex eo quod sensus est virtus extensa. nam ut probatur in propositionibus primi nullum extensum est ad se conuersuum. nam si extensum ad se conuertitur oportet quod totum conuertatur ad totum quia si una pars conuerteretur ad aliam non esset ibi conuersio ad se sed ad aliud sed si totum conuertitur ad totum quelibet pars conuertitur ad quamlibet partem sed si quelibet pars ad aliam conuertatur non erit ibi distantia partium sed si partes non erunt distantes illud non erit quid extensum dicere ergo extensum esse ad se conuersuum est dicere extensum non esse extensum. hec enim videtur esse via primi in libro de elementatione theozica ubi probatur quod ad se conuersuum oportet esse incorporeum et extensum. tertia via sumitur ex eo quod sensus est virtus passiva et sentire est quodam pati. nam si sentire est quodam pati sicut sensus non patitur a se sed ab alio ita directe non sentit se nec ea que sunt in se sed sentit alia et ea que sunt in alio nam si intellectus est aliquo modo virtus passiva non tamen est sic passiva sicut sensus quia in sensu est aliquo modo vera passio cum excellētia

sensibilium corrumpat sensum non autem est hoc in intellectu quia excellens intelligibile non corrumpit intellectum. Rursus intellectus est virtus immaterialis propter quod aliquo modo est liber et est supra se conuersius quod sibi non competit. Alterius forte dubitaret aliquis utrum sensus particulares aliquo modo percipiant se sentire vel utrum per particulares sensus possimus percipere aliquo modo nos sentire. dicendum quod si sensus non perciperet nisi ea a quibus patitur tunc cum sensus ut dictum est non patitur a se sed ab alio non possit percipere se nec ea que sunt in se sed solum perciperet alia et que sunt in alio. attamen hec propositio sensus non percipit nisi ea a quibus patitur non est sine distinctione concedenda. nam cum sentire sit quodam pati planum est quod directe et in se sensus non percipit nisi a quibus patitur indirecte tamen possumus percipere sensu que nihil in sensum faciunt ut visu non solum percipimus lumen aut colorem sed etiam tenebram et auditu non solum percipimus sonum sed etiam silentium. constat autem quod silentium nihil facit in auditu sed cum nullum sonum audimus dicimus nos percipere silentium non ergo percipitur silentium per se sed per sonum ergo sonus est iudex sui et silentii sicut rectum est iudex sui et obliqui aliter tamen et aliter quia sonus est iudex sui per presentiam. cum aliquid operatur in sensu sed est iudex silentii per absentiam cum nihil operatur in sensu eodem modo et tenebra a visu percipitur. non in se nec directe sed cum lumen non videmus itaque sicut non in se nec directe possumus per visum percipere tenebram et per auditum silentium sic aliquo modo non in se nec directe possumus percipere per sensus particulares actus eorum. nam cum per visum aliquid videamus visibile aliquid non in se ipsam visionem factam in visu per se et directe non possumus percipere actum eorum quod per ipsum iudicare possumus quod aliquid videmus et quod nihil videmus possumus per sensum iudicare quod immutat a sensibili et quod non immutat. ergo ipsam immutationem et ipsam actionem sensus possumus aliquo modo percipere in se et directe intellectus ergo in sensu differt quod in intellectu per omnem cognoscatur actum. cognoscendo tamen actum per obiectum quod est virtus immaterialis conuertit se. scilicet se et de ipsa actione iudicat sicut quod est aliquid in se ita quod per talem conuersionem ipsa actio efficit quodammodo omnem intellectus tamen actio sensibilis efficit omnem sensus quod nunquam sensus conuertit se. scilicet se nec nunquam potest percipere actum suum ut est aliquid in se ipso sed quod possumus per visum percipere quod nihil videmus possumus per visum percipere quod aliquid videmus et sic possumus per sensum cognoscere quod non immutat a sensibili sic possumus per sensum cognoscere quod immutat a sensibili tamen ad aliquid in se et de visu putat percipit tenebram et de quolibet sensu particulari putat percipit presentiam sui sensibilis et putat percipit suam immutationem in suam actionem nam sic visus non percipit tenebram nec alius sensus particularis percipit presentiam obiecti sui in se et directe. sed indirecte sic per nullum sensum particularem possumus percipere suam immutationem

imutationem vel suam actionem in se et dirrecte sed indirecte. Alteri forte dubitaret aliquis utrum aliquis sensus percipiat imutationes vel actiones sensuum particularium in se et dirrecte.

Ad quod ut patet per habita quod sensus est virtus passiva et sentire est quodammodo pati sensus dirrecte et in se non percipit nisi illud a quo patitur et illud a quo imutatur querere ergo utrum sit aliquis sensus qui dirrecte cognoscat actiones et imutationes factas in sensibus particularibus est querere utrum sit aliquis sensus qui patiat et imutetur ab imutatione facta in particularibus sensibus et quod habet est conditio sensus id est conditio sensus dirrecte percipit imutationes factas in particularibus sensibus et quia ex hoc sensus videtur quod imutatur ab exteriori obiecto qui potest percipere imutationem factam in visu potest percipere ipsam visionem et ipsam actionem visus et qui potest percipere imutationes factas in omnibus sensibus potest percipere actiones omnium sensuum et quia hoc potest sensus communis id est ipse dirrecte et in se percipit actiones omnium particularium sensuum debemus enim sic imaginari quod si radii solares inciderent in aquam et a splendore in aqua generaretur splendor in pariete postea a splendore in pariete fieret splendor in oculo si paries sentiret non perciperet dirrecte splendorem factum in se ipso sed factum in aqua quod non imutaretur neque pateretur a se ipso factum splendore sed imutaretur et pateretur ab aqua splendore in oculo tamen dirrecte perciperet splendorem factum in pariete quod imutaretur et pateretur a pariete splendido. sic quod sensibilia exteriora imutant sensus particulares sensus vero particulares imutati imutant sensum communem sensus communis dirrecte percipit imutationes factas in sensibus particularibus a quibus imutatur et patitur et sensus particulares dirrecte percipiunt obiecta exteriora a quibus imutantur et patiuntur. Alterius forte dubitaret aliquis quomodo per litteram superius additam solvatur questio proposita videlicet an sensus sentiant se sentire. Dicendum quod ut patet per habita actionem alicuius sensus particularis ut puta actionem visus siue visionem percipimus dirrecte et indirecte. dirrecte quidem per sensum communem. indirecte vero per ipsum visum siue per ipsum sensum particularem. nam ipse visus percipit actionem suam quodammodo sicut percipit tenebras et dico quodammodo quia licet non sit ibi plena similitudo est tamen ibi simile quantum ad hoc quia sicut visus non percipit tenebram in se et dirrecte ita nec actionem suam in se et dirrecte potest percipere. sed sensus communis percipit eam in se et dirrecte est enim ibi hoc huiusmodi processus ut patet per habita quia paries coloratus colorat visum visus autem coloratus et imutatus a pariete quodammodo colorat et imutat sensum communem. ergo quia visio est quodammodo colorata et imu-

tat sensum communem sensus communis potest dirrecte visionem percipere. secundum hoc. ergo datur due solutiones in littera quarum una est quod visu non solum discernimus lumen sed etiam tenebram et hec solutio deseruit prout sensus particulares cognoscunt actiones suas indirecte sicut visu cognoscitur tenebra. alia solutio est quod visio est quodammodo colorata et hoc deseruit prout sensus communis dirrecte cognoscit huiusmodi actionem et imutationem. nam id sensus communis dirrecte cognoscit eam quia visus coloratus et imutatus a pariete ut dictum est quodammodo colorat et imutat sensum communem. cum ergo queritur per quid percipimus actiones sensuum particularium ut per quid videmus nos videre et audimus nos audire dici debet quod hoc cognoscimus per ipsos sensus particulares indirecte et ad hoc deseruit solutio prima et etiam hoc idem cognoscimus per ipsum sensum communem dirrecte et ad hoc deseruit solutio secunda.

¶ Illius quisque quidem etc. Postquam philosophus inquisiuit quomodo percipimus actionem sensuum particularium ex qua inquisitione aliquo modo potest nobis innotescere natura sensus communis in parte ista plenius inuestigat naturam huius sensus et differentia obiectorum. Ad cuius evidentiam sciendum quod aliquam differentiam obiectorum possunt percipere sensus particulares aliquam vero non possunt. nam differentia illa que non excedit genus proprii obiecti ut differentia albi et nigri que non excedit genus coloris potest percipi a visu differentia amari et dulcis que non excedit genus saporis potest percipi a gustu sed differentia albi et dulcis que excedit obiectum cuiuslibet sensus particularis a nullo tali sensu potest cognosci sic etiam differentiam diversorum obiectorum particularium nullus sensus particularis potest percipere duo ergo facit quia primo proponit differentiam illam quam possunt sensus particulares percipere. secundo ex differentia quam non possunt percipere inuestigat naturam sensus communis ibi quoniam autem et album dicit ergo quod unusquisque quidem. igitur sensus qui est in sensitivo id est in proprio organo in quantum est sensitivum id est in quantum est huiusmodi unusquisque quidem igitur talis sensus est subiecti id est obiecti sensibilis respicit enim unusquisque talis sensus aliquod proprium obiectum sensibile et discernit differentiam illius sensibilis ubi obiecti id est obiecti ut visus quidem discernit album et nigrum gustus vero dulce et amarum similiter autem hoc se habet et in aliis quia unusquisque sensus existens in suo organo percipit differentias sui proprii obiecti. Nota autem quod sensus dicitur esse in sensitivo siue in organo sensitivo et sensitivum quod ipsum sensitivum est.

lec. 23.

9. 144

ipm organum est proprium sensus subiectum
 Dubitaret forte aliquis quia videtur falsu
 ee qd unusquisq3 sensus percipiat differentias
 sui proprii subiecti quia vel accipitur hic sibi
 pro organo in quo est sensus sine pro obiecto
 si autem accipitur pro organo tunc verum est
 qd ipm organum e subiectu sensus tamen non
 est verum qd sensus percipit differentias pprii
 organi. nam si sensus non potest iudicare d se
 sibili posito supra ipm multominus poterit iu
 dicare de ipso organo in quo existit. nam proxi
 mius est organum sensui quam eet sibile posi
 tum supra ipm amp hanc eandem rationem
 possumus expressius declarare. nam sensus ni
 hil percipit sine medio de eo autem qd immedi
 ate ptingitur sensui sensus dirrecte iudicare
 non potest cum ergo materia immediate pjun
 gatur forme z quodlibet sibi sue pfectioni ga
 semper potentia immediate ptingitur actui or
 ganum in quo fundat sensus tanq3 propria p
 fectio i proprio susceptibili dirrecte a sensu pci
 pi no poterit no ergo potest intelligi qd dictum
 e de organo vt dicatur percipere sibi differen
 tias pprii subiecti qz percipiat differentias p
 prii organi. Rursus non potest hoc intelli
 gi de obiecto vt dicatur sensus percipere dif
 ferentias pprii subiecti qz percipiat differenti
 as pprii obiecti qz licet tales differentias per
 cipiat tamen ipm obiectum vt videtur no po
 test dici subiectum sibi ymo magis econverso
 sibi d3 dici sibi obi. nam semper patiens sub
 icitur agenti non econverso quare cu obi agat
 in sibi no econverso magis sibi subicit obie
 cto q3 econverso. d3 qd hic sibi accipit p obiecto
 dicitur. n. sibi percipere differentias pprii sibi
 quia percipit differentias pprii obiecti dicit
 autem pprium obi habere rōnem subiecti p
 pter duo. primo propter actionem ipsius sibi
 secūdo ppter modū recipiendi eius prima via
 sic patet. nam sibi cum. h. qd patitur ab obie
 cto z per. h. qd imutatur ab eo habet iudicare
 de ipso ergo aliquo mō plus dicit sentire obi
 quam pati z imutari ab ipso. nam z aer patit
 z imutatur ab odore no tamen dicitur odore
 sentire quia non habet iudicare de ipso z quia
 semper ea que spectant ad iudicium alicuius
 dicuntur esse sibi illi ipm obi dicitur ee sibi
 sibi iquantum de ipso obi sensus iudicat sicut
 ergo est subiectum in scientia illud circa qd ver
 satur p̄sideratio z iudicium scientie sic ipm obi
 ectum potest quodammodo dici sibi eius. quia
 circa ipm versat p̄sideratio z iudicium ipsius
 sibi possz ee adhuc adduci scda via ex pte mo
 di recipiendi. nam cu forma habeat esse i obi
 magis materialiter in sensu vero magis spiri
 tualiter qz hntia esse magis materiale quodā
 modo subiciuntur hntibus ee magis spūale di
 citur obi ee sibi sibi quia forma z spēs vt e
 in obiecto h3 ee melius quam in sensu. prima
 tamen via magis est ad ppositum quod vero

obiciebat qz patiens subicitur agenti patet qd
 sentire plus dicit quaz pati vl imutari ab obi
 nam sentire vltra huiusmodi imutationē ipoz
 rat iudicium qd h3 sensus de re sensibili rōne cu
 ius ipm obi quodammodo dici pōt sibi vt p
 habita e manifestum ex. h. ergo p3. qd organuz
 e sibi sensus z ee obi e quodammodo sibi sen
 sus. tamen aliter z aliter qz organum dicit ee
 sibi qz in eo fundatur sensus tāquam in pro
 prio susceptio sed obi potest quodammodo dici
 sibi sensus qz subicitur iudicio eius et quia cir
 ca ipm negociatur sensus sicut iudicans nego
 ciatur circa id de quo iudicat. Deinde cuz
 dicit quoniam autem et album posita differē
 tia ad quam pnt attingere sibi particulare. h
 ex differentia ad quam non possunt attingere
 inuestigat esse aliquē ulteriozē sibi qui dicit
 cōmunis sibi z est super omnes particulares
 sensus circa quod tria facit p^o quod dictū est. se
 cundo inuestigat quādam p̄ditiones huius sibi
 sus. tertio mouet quādam dubitatōnem circa
 determinata. secunda ibi neq3 vtiq3. tertia ibi
 at vero impossibile est dicit ergo quoniam autē
 album et dulce z unūquodq3 sensibilem quō
 differt ad unūquodq3 sensibile discernim^o quo
 dam. i. quadam virtute et sentimus quia dif
 ferunt necesse est sensu aliquo. h. sentire quia
 talia sensibilia sunt quare z manifestum e qm
 caro no est vltimuz sibi. i. non est illd ad
 qd stat vltimuz iudicium de sensibilibus nec
 est illud qd potest hanc differentiam discerne
 re qz tunc necesse estz ipm sibi tactus per
 carnem tangens. h. sensibilia discernēs discer
 nere inter ea z tunc supplenda est ratio qd si or
 ganum tactus non est vltimuz sibi nec
 etiam aliquis alius sibi particularis potest
 dici vltimuz sibi sed oportet dare aliquem
 vltiozem sensum super omēs particulares
 sibi qui dicitur cōmunis sensus. Notan
 dum autem qd sensus cōmunis e quodammodo
 terminus omnium sensuum particulariuz qz
 imutationes facte in omnibus sensibus parti
 cularibus terminantur ad ipm z quia termi
 nus h3 rōnem vltimi pōt sibi cōmunis dici
 quodamō vltimū sibi. Notandum
 ee vim rationis phi in hoc p̄sistere qd si dulce
 z album sunt sensibilia oz qd d̄riam dulcis z al
 bi pcipiamus per aliquem sensum sed nullus
 sensus pticularis pōt percipere d̄riam dulcis
 z albi nec aliquis sensus pticularis potest dis
 cernere d̄riam cuiuscūq3 obiecti sibilis ad qd
 libet obiectum sensibile. ergo est dare aliquē
 vltiozem sensum vt sensum cōmunem per
 quem has differentias possumus cognoscere
 Notan ee rōnem phi esse p locum a maiori
 nā si aliqs pticularis sibi possz pcipere d̄riam
 dulcis z albi z d̄riam cuiuscūq3 obi sensibil ad
 quodlibet obi sensibile maxie hoc faceret tact^o
 qd quodammodo e fundamētū oium sensuū sedz
 h. ergo tactus p carnē. h. oha sibilis attigēs

h.
9. 144

h.
9. 146

statim discernere posset differentias inter ea sed hoc videmus esse falsum quia nec per carnem nec per tactum possumus percipere differentiam dulcis et albi nec differentiam cuiuslibet obiecti sensibilis ad obiectum quodlibet possibile ergo caro. i. tactus non est ultimus sensum vel non est ultimus sensus. sed oportet dare aliquem ulteriore sensum ut sensum communem per quem tales differentias discernamus. Deinde cum dicit neque utique separatis investigat quasdam conditiones ipsius sensus communis circa quod duo facit secundum quod duas tales conditiones investigat. nam primo investigat et ostendit quod sensus communis est virtus una non separata. hoc investigat et ostendit quod in uno tempore non separato sed simul percipit et iudicat differentias obiectorum ibi quod autem neque in separato dicit ergo quod neque utique separatis id est per separatas virtutes vel ut habet alia littera neque utique separatim contingit discernere quod alterum sit dulce ab albo sed oportet uno aliquo id est una aliqua virtute utraque manifesta esse sic. non est si per alteras virtutes percipimus album et dulce sicut siquidem ego sentio. h. id est. dulce illud autem id est album tu sentis manifestum utique erit quoniam altera sunt ad invicem dulce et album quia aliter pacior ego a dulci et aliter tu ab albo. planum est ergo hec esse altera sed non erit nota ista alteritas nec ista diversitas nisi unus aliquis sensus cognoscat utraque ideo subdit quod autem unum et eundem dicere quoniam alterum enim esse dulce ab albo idem dicit quare sicut dicit sic et intelligit et sentit. nam istud dicere procedit ex aliqua apprehensione interiori. si ergo non est nota differentia dulcis et albi nisi unus cognoscat et unus dicat talem differentiam quia istud dicere procedit ex aliqua apprehensione interiori quod ipsam virtutem interiori apprehendentem hanc differentiam esse unam et quia sensus communis apprehendit hanc differentiam ergo sensus communis est una virtus idem concludit quod quidem igitur non possibile sit iudicare separatis. i. per virtutes separatas esse separata id est esse distincta dulce et album palam super est per ista dicta. Dubitaret forte aliquis quia non videtur ratio philosophi bona esse quia non est simile de duobus hominibus cognoscentibus dulce et album et de uno et eodem homine per diversas virtutes cognoscere utrumque quia. nam si unus homo cognosceret dulce et aliter cognosceret album et non esset tertius homo qui cognosceret utraque licet aliud esset dulce ab albo. ista tamen alietas esset ignota et non esset scita attamen si unus homo per unam virtutem vel per unum sensum cognoscat album et per alium sensum cognoscat dulce postquam est unus homo vel una anima cognoscentis utraque quantum cumque. h. sit per varias virtutes videtur quod satis sit nota differentia inter utrumque nec propter hoc. ut videtur oportet ponere ulteriores virtutes. dicendum quod simile philosophi sufficiens est ut ad

propositum spectat ad cuius evidentiam sciendum quod a substantia anime immediate non egreditur aliqua actio nec aliquis motus nec aliqua cognitio nisi mediante aliqua virtute. unde anima non est immediatum sentiens sed est primum sentiens ut superius dicebatur sentit enim anima mediante aliqua potentia sensitiva ita quod sentire egreditur ab anima principaliter sed a potentia illa egreditur proxime et immediate. si ergo anima per unum sensum cognosceret dulce ut per gustum et per alium sensum cognosceret album ut per visum et non esset unus aliquis alius sensus communis per quem cognosceret utrumque ignota esset differentia utriusque quantum ergo ad hoc simile est sicut si diversi homines cognoscerent illa et non esset aliquis unus homo qui cognosceret utrumque. nam si anima cognoscat differentiam inter album et dulce. planum est quod non cognoscat differentiam illam per visum quia visus per se non apprehendit dulce nec cognoscat tam per gustum quia gustus per se non apprehendit album vel igitur oportebit dicere quod cognitio differentie huius vel quod iudicium de hac differentia immediate procedit a substantia anime absque aliqua alia virtute quod est impossibile vel oportet dicere quod anima habeat aliquam unam communem virtutem vel aliquam unam communem sensum cognoscentem utraque. itaque eo ipso quod cognoscimus differentiam albi et dulcis et eo ipso quod cognoscimus differentiam inter diversa obiecta diversorum sensuum particularium. oportet ponere aliquam communem sensum et oportet dicere quod ille communis sensus sit virtus una non separata quod probare volebamus. Deinde cum dicit quod autem neque in separato quia ut dicebatur. duo declaranda erant de sensu communi videlicet quod est virtus non separata et quod iudicabit in tempore non separato ideo declarato. primo hic declarat secundum dicens quoniam autem neque in separato tempore hoc iudicat hinc super est manifestum quia sicut idem id est sicut eadem virtus. dicit quod alterum est bonum et malum vel quod alterum est dulce et album sic et quando dicit alterum quoniam enim. alterum nunc est alterum super est et quia in illo instanti et in illo tempore in quo dicitur esse alterum tunc est et alterum non secundum accidens accipitur ipsum quando id est ipsum tempus nam tunc acciperetur quando secundum accidens quando illud tempus et illud quando in quo hic diceret referretur ad dicentem non ad rem dictam ideo subdit dico autem puta nunc dico quoniam alterum. non tamen quoniam nunc est alterum sed sic dicit et nunc alterum et quoniam nunc alterum et quia illud quando non refertur ad dicentem et non accipitur per accidens ut quod dicat nunc alterum sed nunc dicat nunc esse alterum imo referretur ad res de quibus ut quod non

solū nūc dicit alter & nūc dicit et alterum
 oportet id quod simul apprehēdat utrumque id con-
 cludit simul. ergo sup̄ apprehēdit utrumque quare
 inseparabile. i. una inseparabilis uirtus et tēpore
 inseparabili id est non separabili id est simul et in
 eodem tempore sup̄ indicat de utroque. Du-
 bitaret forte aliquis quomō illud quando et il-
 lud tempus in quo plus cōmunis dicit album
 esse aliud a dulci vel quodlibet aliud sibi di-
 cit esse differens ab alio nō accipit s̄m accidēs
 Dicendum quod h. dupliciter potest exponi
 rum una expositio tacta est in littera ad quā
 uidetur declinare thēmistiū. alia est expositio
 quā uidetur tangere cōmentator uno enim mō
 respectu alienantis reze potest sumi tempus p̄
 accidens quā illud tempus non refertur ad res
 alias. sed ad dicentem. nam si p̄ferat. h. pro-
 positio for. dicit nūc esse aliud dulce ab albo
 nūc potest p̄poni cum si dicit uel cum si ē. nā
 si componat eū si. dicit tunc est plus dicit nūc
 id est nūc loquit̄ de illa alienate s̄ si p̄ponatur
 cum si esse tūc ē plus quod nūc sit illa alienitas ali-
 ud est. n. nūc loquit̄ de alieitate et aliud nūc alienita-
 tem ē accidit enim reb̄ aliis quod quis nūc lo-
 quatur de alieitate eaz̄ ergo si capitulo nūc uel
 illud temp̄ refert̄ ad dicentem accipit per ac-
 cidens respectu rem̄ sed si refert̄ ad res dictas
 tūc accipit per se respectu earū. hoc uiso scien-
 dum quod si quis hodie uideret fortem album et
 cras uideret platonem nigrū benē posset nunc
 loqui de alteritate et de dissimilitudine plato-
 nis ad fortem tamen nō posset dicere quod nūc
 plato esset dissimilis a forte. quia cum non ap-
 prehēdat eos simul posset illo tempore inter
 medio alter mutare colorē et sic non esset dissi-
 milis sed simul itaq̄ possum nunc loqui de alte-
 ritate socratis et platonis dato quod simul nō ap-
 prehēdam utrumque sed si si nūc nō refertur ad
 dicentem. sed ad res dictas ut non quod dico nūc
 sed quia dico esse nunc for. dissimilem platoni
 oportet quod simul apprehēdam for. et platonē
 quia non posset uere dicere quod si for. esset nunc
 dissimilis a platone nisi simul apprehēderē
 utrumque quia si apprehēderē eos successiue forte
 fieret imutatio in altero eorum et tunc quādo
 dicerem eos esse dissimiles p̄pter mutationē
 factam nō ēnt dissimiles. sed similes est ergo
 intentio phi quod per sensum cōmunem nō so-
 lum possumus dicere album esse differens ad ul-
 ti ita quod si nūc referatur ad dicere vel ad dicen-
 tem et accipiat per accidens sed ēt per sensum
 cōmunem possumus dicere nūc talem d̄fiam
 ita quod si nūc referatur ad ip̄s esse et ad ip̄as res
 differentes et accipiat per se ymo s̄m ip̄m si
 nūc potest determinare utrumque uidelicet tam
 dicere quod esse vel tam dicentem. quā res ip̄as
 nam per s̄m cōmunem possum nūc dicere
 vel nūc loqui de alieitate dulcis et albi et possum
 dicere quod nunc sit illa alieitas sed ego nō pos-
 recte dicere quod album esset nunc aliud a dulci

nisi nūc et simul apprehēderē utrumque ergo sen-
 sus cōmunis per quem. h. iudico simul appre-
 hendit utrumque. ideo philosophus cōcludit quod
 sic dicit et nunc quod est aliud et dicit quoniam nūc
 est aliud ita quod si nunc determinat si dicere
 et determinat si esse et quia. h. nō posset esse nisi si-
 mul apprehēderem utrumque. id eo subdit quod si-
 mul. ergo sup̄ apprehēdit utrumque p̄mentator
 autem uidetur aliter exponere textum istum
 ad cuius euidentiam sciendum quod sicut aliqua
 p̄nt ēē sibi loco ita p̄nt ēē sibi tēpore locus autē du-
 plex est p̄p̄ius et cōmunis in loco autem pro-
 prio duo corpora nō possunt esse simul sed in lo-
 co cōmuni multa corpora possunt simul esse ut
 dicuntur plures homines esse simul si sint in
 eadem domo vel si sint sibi inuicem prop̄iqui
 per se ergo illa sunt in eodem loco que sunt in eo-
 dem loco proprio sed aliquo modo et quasi per
 accidens sunt in eodem loco et sunt simul s̄m
 locum que sunt in loco prop̄iquo. sic per se lo-
 quendo illa sunt proprie in tempore que sunt in
 eodem tempore simpliciter sed illa sunt aliquo
 modo simul in tempore que sibi inuicem qua-
 si. imediate succedunt ut si quasi statim post
 unum fieret aliud illa aliquo modo essent si-
 mul secundum tempus posset ergo quis dicere
 quod plus cōmunis simul apprehēdit dulce
 et album quia statim post apprehensionē unius
 apprehēdit aliud apprehensio ergo huius et
 illius esset in eodem tempore non per se sed
 quasi per accidens. ad. h. ergo excludens ait
 philosophus quod in eod̄ quā et in eodem tempore per se ap-
 prehēdit plus cōmunis illa diuersa quia per
 huiusmodi sensum non solum nunc dicimus
 vel nunc loquimur de tali diuersitate sed etiā
 possumus dicere quod nunc sit talis diuersitas
 quod esse non posset nisi simul et in eodem tem-
 pore per se vel etiam in eodem nunc apprehē-
 deremus illa. Deinde cum dicit at uero
 impossibile mouet quādam questionē circa
 p̄tacta circa quod duo facit quia primo mo-
 uet huius questionem. secundo soluit eam ibi
 ergo simul quidem dicit ergo at uero impossi-
 bile simul secundum contrarios motus moue-
 ri idem autem indiuisibile et in indiuisibili tē-
 pore. nam si dulce sit mouet sensum cōmunē
 aut intellectum amarum autem mouet ip̄m
 contrarie et album mouet ip̄m aliter quā dul-
 ce vel amarum cum impossibile sit idē indiui-
 sibile in tempore nō diuisibili moueri tot diuer-
 sis motibus. impossibile est quod sensus p̄mu-
 nis simul moueatur ab omnibus istis et quod
 simul apprehēdat omnia ista quod est cōtra
 determinata. Notandum autē philosophū
 in hoc capitulo sepe cum nominauit sensum
 nominauit et intellectum cuius duplex potest
 esse ratio quarum una est quod tam per sensū
 cōmunem quam per intellectum possumus co-
 gnoscere huiusmodi d̄fiam diuersoz̄ obiectoz̄
 idē hic simul loquitur de utroque vel possumus

148
dicitur quod nondum plene uisa est ratio inter sensum
et intellectum sed. h. ratio plenius habetur in sequenti
capitulo ideo nunc quo ad rationem quoddammodo in
distincte loquitur de utroque. Deinde cum
dicit ergo simul quidem soluit ad obiectiones
factam. circa quod tria facit quod ponit quaedam
solutionem calumpniosam. secundo obicit contra
solutionem illam. tertio ponit solutionem rectam
secunda ibi aut non possibile. tertia ibi. sed sicut
quod uocant. dicit ergo sensitivum esse quod iudicat de
omni huiusmodi differentia simul quidem in
numero est indivisibile et inseparabile sed ratione
et secundum esse separatum. ideo subdit quod est
quodammodo divisibile illud quod sentit divi-
sa. et est autem quid indivisibile quod secundum esse
quidem. id est secundum rationem est divisibile loco et nu-
mero indivisibile. Notandum autem solutionem
hanc in hoc consistere quod sensus communis licet sit
unus subiecto et loco est tamen plura secundum esse et
rationem secundum hoc ergo sensus communis est
unus materialiter sed est plura formaliter et quod est ali-
quo modo plura potest simul moveri contrariis mo-
tibus et simul apprehendere diversa. Deinde
cum dicit aut non possibile obicit contra soluti-
onem datam dicens aut non possibile super est
quod sensus communis actu moveatur contrariis mo-
tibus si sit indivisibile quod potest quidem idem et indi-
visibile tria quod idem potest moveri contrariis
motibus secundum esse aut id est secundum actum
supple non moveatur idem contrariis motibus
sed in operari. id est secundum actum quod super move-
tur contrariis motibus divisibile oportet esse et
subdit quod impossibile est album et nigrum esse
simul quare neque possibile est pati simul species
ipsorum sed huiusmodi est sensus et intelligenti-
a quod simul patitur et recipit actu species ipso-
rum ergo non est unus et indivisibilis ut pre-
facta solutio pretendebat. Deinde cum di-
cit sed sicut quod uocant. dat solutionem rec-
tam dicens quod sensus communis se habet qua-
si punctus quia sicut punctus potest esse termi-
nus diversarum linearum sic et sensus commu-
nis est illud ad quod terminantur diversi sensus
particulares quod sicut punctus est quoddammodo
unus et quoddammodo duo sic et sensus communis est aliquo mo-
do. unus et aliquo modo plura. ideo ait quod sicut
illud quod quidam uocant punctum est aliquo
modo. unum. et aliquo modo plura sic et sensus
communis est aut unum aut duo et sic id est uno
modo est divisibile sic id est alio modo est indi-
visibile secundum quod quidem igitur est indivisibile et
secundum quod quid est unum sic est discernens et iudi-
cans simul secundum uero quod est divisibile utitur si-
mul aliquis eodem signo. id est eodem principio
sensitivo bis sicut utimur eodem puncto bis
prout est terminus diversarum linearum ideo
subdit quod in quantum quidem igitur utitur
quis illo termino id est illo sensu pro duobus iudi-
cat duo et separata sunt que iudicat et separato
modo iudicat de illis in quantum uero est quid

unum iudicat uno modo et simul. Notan-
dum autem quod sensum communem apprehendere
diversa simul non potest esse nisi aliquo modo
sit plura et ideo uel dicemus quod sensus communis
sit unus materialiter et subiecto sed plura sit for-
maliter et secundum esse ut dicebat solutio prima uel
dicemus quod sit unus secundum se. et sit plura se-
cundum infra et secundum organa ut inuit. h.
solutio secunda acceptabilior est autem. h. secun-
da solutio quam prima quia si poneremus se-
sum communem plura formaliter non bene posse-
mus saluare quomodo iudicaret differentias
obietorum quod si esset sensus communis diversi se-
sus formaliter ita quod unus sensus apprehende-
ret unum sensibile et alius aliud uel oporteret
dare tertium sensum apprehendentem utrumque
uel esset ignota differentia obietorum ut superius
dicebatur quod si diceretur sensum communem non
sic esse diuisum formaliter ita quod realiter sit plu-
res sensus sed solum secundum aliquem modum intelli-
gendi esset quoddammodo plura tunc contra. h.
uadit ratio philosophi quod si solum secundum aliquem
modum intelligendi esset plura quomodo possit
realiter moveri simul actu diuersis actibus uel
motibus non uideatur possibile propter quod dica-
mus quod sensus communis est unus in se sed habet
diuersa organa quod omnes sensus particulares sunt
quasi organa huius sensus communis et propter hanc di-
uersitatem organorum potest esse terminus diuer-
sarum inutationum sicut unus punctus potest
esse terminus diuersarum linearum sensus ergo
communis est unum et plura in quantum est unus
iudicat simul differentiam obietorum in qua-
tum uero est plura secundum organa ut in quantum est
terminus plurium inutationum potest uariis
motibus moveri. Notandum etiam quod se-
cundum themistius primus uisus non est in pu-
pilla neque primus auditus in auribus. neque pri-
mus gustus in lingua. sed omnes hi sensus qui
tunc ad principale iudicium sunt in primo sensu
tunc id est in sensu communi ergo omnes hi sensus
quinque uel themistius ait quantum ad sensituos
spiritus deriuantur ex uno fonte. nam speci-
es sensibiles procedunt a sensu communi tanquam
ex fonte et deriuantur usque ad sensus particu-
lares tanquam ad quedam organa. dicit etiam
idem themistius quod hi quinque sensus particu-
lares tenent locum nuntiorum sed sensus com-
munis tenet locum regis aut principis. multi
ergo sunt nuntiantes. nam per omnes hos quin-
que sensus quasi per quedam organa denuntia-
tur sensibilia ipsi sensui communi sed ipse sensus com-
munis tanquam res et princeps iudicat de ipsis
sensibilibus nunciatis et de inutationibus factis
in sensibus. ultimo epilogat circa determina-
ta dicens quod de principio quidem igitur se-
cundum quod dicimus animal esse sensitivum
id est animal posse sentire id est de ipso princi-
pio sensitivo uel de ipso sensu secundum quem
sentit animal determinatum sit hoc modo.

170
 Etiam autē duabus differētiis dubitat ab aliquib⁹ ubi Incipiat terti⁹ liber ut supra dicebat et quibus. h. qd nō sit multū p̄ficua sunt tamen de. h. diuerse s̄nie ut dicebatur. nam qdaz incipiūt hunc tertiū in illo caplo quoniam autē non sit sensus. s̄z ut dicebatur hec i titulatio nō videtur rōnalis. nam in secundo libro determinat de sensu. in tertio vero de intellectu in illo autem capitulo nihil agitur de intellectu. si autem aliqua mentio sit ibi de intellectu. h. est quoddāmodo per accidens ut in quantum nūdum ostensum erat quomodo intellectus differt a sensu. videre ergo restat utz liber tertius incipiat in. h. capitulo vel in capitulo illo de pte autē anime dicendum qd cū volens determinare de intellectu debeat ipm separe ab aliis virtutibus. ad tertium librum in quo determinat de intellectu pertinz istud capitulū in quo distinguit intellectus a sensu. incipiendo ergo hic tertiū libruz dicamus quod ph̄s in hoc tertio vult determinare de intellectu. circa qd duo facit qz primo seperat et distinguit intellectum a sensu et a fanta. s̄o incipit determinare de ipō intellectu ibi de pte aut anime. circa primū duo facit qz primo seperat intellectum a sensu. s̄o d̄terminat quid ē fanta et seperat intellectū a fantasia. circa primum duo facit qz primo ait antiquos opinatos fuisse intellectum esse sensum. secundo destruit opinionem antiquoz et ostendit intellectum esse differētem a sensu ibi et tamen oportuit. circa primum quatuor facit secundum qd quadruplīciter ostendit opinatos fuisse intellectum esse sensum. nam primo. h. ostendit ex differētiis animarum. secūdo ex opinōe emped. tertio ex opinione homeri. quarto ostendit. h. idem ex mō cognoscendi quez dicebant antiqui habere animaz. secūda ibi et antiqui. tertia ibi idem aut his. quarta ibi. omnes. n. hi. dicit ergo quoniam aut maxime antiqui diffiniunt. i. determināt et distingunt animam duabus differētiis videlz motu secūdam locum et in eo qd est intelligere et discernere et sentire et subdit qd videt autem intelligere et sapere esse tāquam quoddam sentire qz in vtrisqz his. i. tam per intelligere quam per sentire anima iudicat et cognoscit aliqd horum que sunt. i. de entibus. Notanduz autē qd si anima nō distinguit nisi duabus d̄tiis videlicet motu et cognitione ut dicebant antiqui ita qd vna differētia anime sumat ex eo qd ē principium mouendi alia vero ex eo qd ē principium cognoscendi. igit s̄m sunt nisi he due differētie oportet oēm cognitionē aie p̄tinere ad vnum genus et esse quoddāmodo vnum. quia si cognitiones anime eēt plures et diuerse differētie anime eēt plures quam due qd vna essz differētia put anima eēt principium mo

uendi. secūda essz prout essz principium cognoscēdi secūdam cognitionē vnam et tertia esset put esset principium cognoscēdi secūdam cognitionem aliam. igitur si motus secūdam locuz nō facit nisi vnam differētiā et cognitio non facit nisi vnam differētiā oportet qd omnis cognitio anime sit quoddāmodo vna cognitio et qd anima cognoscit p̄ sensum et per intellectum eadem erit cognitio sensitua et intellectua et idem erit sensus et intellectus. Deinde cum dicit et antiq ostendit. h. idem p̄ opinionem emp̄. dicens qd et antiqui aiunt idēz esse sapere et sentire sicut emp̄. dicit qui vult qd ad p̄ns. i. ad p̄ns tempus et ad p̄ntem horaz voluntas augetur et in homibus et in aliis si alia ab homine habēt intellectū vnde eis tam hominibus quam aliis sup̄ diuersitas temporis uel horazū semper p̄stat sapere altera. i. diuersa qz s̄m emp̄. s̄m qd diuersificabat tempus et hora sic diuersificabat nostrum sapere et n̄m intelligere sed. h. nō esset nisi intellectus esset sensus ergo ex opinione emp̄. patet antiquos opinatos fuisse intellectum esse sensum. Notandum autem qd dubium ē apud quosdam. utz aliqua animalia ab homine habeant intellectū hoc autem p̄surgit p̄pter duo primo propter ipa corpora super celestia que ponuntur aniata volunt. n. qdam qd ex corpore celi et ex ei⁹ aia fieret vnum secūdam esse ita qd celum essz animal et. h. videntur sonare verba auicene in mathematica sua dicentis qd celum ē animal obediens deo. secūdo. h. pōt p̄tingere p̄pter quedam alia animalia dicuntur. n. pigmei non hoies esse et tamen dicunt h̄re intellectum ab aliquibus. ideo ph̄s hic ait qd in homibus et in aliis animalibus auget voluntas ad p̄ns sup̄ si aliqua alia animalia ab homine habeāt intellectū Dubitaret forte aliquis vnde sequitur ista p̄clusio qd si voluntas homis augetur ad p̄ns qd intellectus sit sensus. d̄d qd sicut appetit⁹ nālis sequit formaz nālem sic appetitus anime sequitur formaz app̄hensam. nam sicut ad formaz grauis sequitur inclinatio ad aliquem motum ut ad deorsum sic ad formaz app̄hensam sequitur inclinatio ad aliquem motuz ut ad fugam si illa forma app̄hendat sub rōne nociui vel ad prosecutionem si app̄hēdatur sub rōne p̄ficii et illa inclinatio sequens app̄hensam formam dicitur appetitus anime cū igitur duplex sit cognitio sensitua scilicet et intellectua ut supra dicebat duplex erit appetitus sensitius scilicet et intellectiuis appetitus autem intellectiuis dicitur voluntas. et quia voluntas sequit cognitionē intellectiua idem erit iudicium de intellectu et voluntate quare si voluntas est virtus organica et corporalis erit et intellectus dicere autē qd voluntas augetur ad p̄ns tempus cum tempus sit passio motus celestis ē dicere qd voluntas augetur et minuatur secūdam motum celestē vel ē dicere qd volun

tas sit subiecta celesti motui sed nihil directe subicitur celesti motui vel motui corporis alius nisi quod est quid corporale erit igitur secundum .h. voluntas virtus corporalis et organica et per consequens intellectus erit etiam virtus corporalis et organica et quia tota differentia inter intellectum et sensum est quia intellectus non est virtus organica sed sensus qui potest intellectum virtutem organica dicit intellectum esse sensum dicens ergo quod voluntas hominis auget ad primum tempus et dicens quod diuersitas temporis facit nos altera id est diuersa sapere et intelligere ut patet ponit intellectum esse sensum quod declarare volebamus. Deinde cum dicit idem autem hiis ostendit hoc idem per opinionem homeri dicens quod idem autem hiis vult et id quod est homeri. nam id quod est dictum homeri concordat cum his dictis empe. quod intellectus sit sensus, dicebat enim homerus quod talis intellectus est in terrenis hominibus qualem inducit in die pater virorum deorumque id est sol. Notandum autem quod sol dicitur pater virorum id est hominum quia facit ad generationem hominis iuxta illud philosophi secundo philosophi eorum homo generat hominem ex materia et sol dicitur etiam sol pater deorum id est planetarum quia omnes plante recipiunt lumen a sole.

Notandum etiam quod dicebat homerus hominem habere talem voluntatem qualem adducebat sol in die quia sol potissime est planeta diurnus et non nisi de die stat supra emispherium nostrum. et ideo potissime de die habet effectum super nos. Dubitaret forte aliquis utrum intellectus noster subiciatur motui solis vel motui supercelestium corporum dicendum quod cum sol et vltima omnia supercelestia cum sint res corporales directe non possunt habere dominium nisi super corporalia et quia homerus simpliciter et absolute profitebatur intellectum nostrum esse subiectum motui solis oportebat ipsum concedere intellectum esse virtutem corporalem et per primum cogebat concedere intellectum non differre a sensu debemus enim diligenter notare quod semper actiua sunt quod huiusmodi sunt formaliora passiuis quia semper agens agit ut est in actu et ut est quid formabile et semper patiens patitur ut est quid in potentia et ut induit quandam rationem materie et quia imaterialia sunt ipse forme intellectus. scilicet qui est virtus imaterialis simpliciter est formalior omni corpore et directe nulli actioni corporali potest esse subiectus asserere. ergo simpliciter et absolute quod talis intellectus insit hominibus qualem adducit ei sol ut assererat homerus est asserere intellectum esse virtutem corporalem et per primum esse sensum. cum ergo queris utrum intellectus noster subiciatur motui solis vel motui supercelestium corporum patet quod directe hoc esse non potest quia per intellectum directe non subiciuntur stellis. immo secundum ptholomeum in centiloquio suo sapiens do

minabit astris. indirecte tamen intellectus noster aliquo modo subicitur supercelesti motui. nam licet intellectus noster non sit fantasia. nunquam tamen est sine fantasia. quia nihil possumus intelligere sine fantasia lesio organo fantasie impedit operationem intellectus igitur cum fantasia sit virtus organica et corporalis et per primum sit subiecta motui supercelesti et intellectum nostrum non directe et in se sed indirecte et propter fantasiam habere aliquam ordinatorem ad supercelestis corpus ita quod per motum supercelestis corporis poterit aliqua lesio carni in organo fantastico quod lesione carni impedit operationem intellectus quare quodammodo indirecte intellectus noster subicitur supercelestium motibus. Deinde cum dicit omnis enim ostendit hoc idem vix quod antiqui philosophi opinati sunt intellectum esse sensum ex modo cognoscendi que dicebant habere animam dicens quod omnes enim huiusmodi. id est omnes antiqui philosophi opinabantur intelligere esse quid corporeum quia sicut et sentire sic et sapere secundum eos fiebat quia simile cognoscitur simili sicut determinauimus in rationibus secundum principium. id est in rationibus quas diximus in principio. id est in primo libro. tunc ergo supplenda est ratio quod .h. esse non possit nisi intellectus esse sensus ergo antiqui philosophi posuerunt intellectum esse sensum. Notandum autem quod ut in primo libro tangebatur secundum antiquos philosophos omnis cognitio fiebat quia simile sibi cognoscebat. ideo ut anima cognosceret omnia ponebant eam propositam ex omnibus ponebant. nam eam propositam ex terra et aqua ex aliis elementis ut per terram cognosceret terram et per aquam aquam et sic de aliis ponebant ergo quod omnis cognitio fiet per quandam similitudinem corporalem nec distinguebant de sensu et intellectu et tam sentire quam intelligere dicebant fieri per similitudinem corporalem quod esse non posset nisi esse intellectus virtus corporalis et per primum nisi esset sensus. ergo ex ipso modo cognoscendi quem dicebant antiqui habere animam oportebat eos concedere quod idem esse sensus et intellectus. Deinde cum dicit et tamen oportuit improbat opinionem antiquorum omnis intellectum non esse sensum. circa quod duo facit. quia primo destruit et improbat opinionem antiquorum quantum ad modum ponendi. hoc destruit et improbat ipsam opinionem in se omnis intellectum non esse sensum ibi quod quidem igitur ad euentiam antequam prime partis sciendum quod vnus modus ponendi quare antiqui dicebant intellectum esse sensum fuit quod credebant quod per similitudinem corporalem sibi sibi cognosceret. circa .h. ergo duo facit. quia primo increpat hunc modum ponendi. hoc reuertit quandam cauillosam rationem que posset fieri circa illud quod dixerat ibi vix necesse prouentur autem sic philosophi in tradendo modum cognitionis anime solum tradiderunt qualiter anima scit et cognoscit quia dicebant quod sibi sibi cognoscebat non tamen dixerunt qualiter anima ignorat et decipitur et tamen dicendo de cognitione anime oportuit simul ipsos dicere de deceptione eius. immo magis

g. i. 4. 1

oportuit eos dicere de deceptione quam de cognitione quia magis proprium est animalibus ignorare quam scire et plurimum temporis anima perficit in. h. i. ignorantia quam in scia coiter. n. homines pro plus temporis sunt ignorantes quam scientes. Deinde cum dicit unde necesse remouet quandam cauillosam rursionem possibilem fieri circa illud quod dixerat dicens unde supple quia antiqui nihil loquuti sunt de deceptione necesse est aut dicere ut quidam dicunt omnia que videtur vera esse ita quod verum sit in apparendo et quod anima nunquam decipiat. aut necesse est eos dicere deceptionem esse tactum. i. per tactum dissimilis. h. n. v. decipi per dissimile contrarium est ei quod est cognoscere simile sibi. sed hec cauillosa rursio non potest stare quia videtur autem et deceptio et scia eadem esse contrarium si ergo simile pertinet ad sciam pertinebit et dissimile et si dissimile pertinet ad deceptionem pertinebit et simile. Notandum quod si antiqui philosophi increparentur de insufficientia quia dixerunt qualiter anima cognoscit et non dixerunt qualiter decipit et ignorat dupliciter se possent excusare primo quia forte dicerent ut multi antiqui dixerunt quod verum erat in apparendo ita quod nihil esset verum nisi quia appareret sed si quicquid appareret esset verum nunquam anima deciperet secundum h. ergo non oportuit antiquos loqui de deceptione quia anima nunquam decipit sed. h. rursio nulla est quia ut dictum est planum est quod anima decipitur et ignorat imo magis proprium est ei ignorare et decipi quam scire quia plurimum temporis apponit in ignorantia quam in scia. sed se possent excusare antiqui dicendo quod sicut anima cognoscit tangendo vel attingendo simile sic decipit tangendo vel attingendo dissimile. non ergo oportuit antiquos dicere qualiter anima decipit quia cum dixerunt quod cognitio sit per simile satis dederunt intelligere quod deceptio sit per dissimile. De prima ergo rursione non curat philosophus quia apparet ipso secundo nulla esse sed hanc secundam rursionem destruit ostendens non esse verum quod si simile facit ad sciam quod dissimile pertineat ad ignorantiam quia eadem videtur esse scia et deceptio priorum. cum ergo simile et dissimile sint contraria vel ambo pertinent ad sciam ita quod si vnum sciat et aliud scietur vel ambo pertinent ad deceptionem et ignorantiam ita quod si circa vnum cadit deceptio cadet et circa aliud omnino ergo sunt reprehensibiles antiqui nihil dicendo de deceptione anie nec poterant se excusare quod si cognitio fiebat per simile quod deceptio fieret per dissimile ut per habitam est manifestum. Deinde cum dicit quod quidem igitur improbatam positionem antiquorum quantum ad modum ponendi improbat eam in se omnis intellectum non esse sensum ad cuius evidentiam sciendum quod circa intellectum tria est considerare v. i. ipsum apprehendere per intellectum quod potest dici intelligere et ipsum iudicare per intellectum quod potest dici sapere. tertium est ipsum opinari quod sequitur apprehensionem et iudicium intellectus. sic et circa sensum tria

est considerare. nam primo est ibi ipsum pati a sensibili et recipere species. secundo est ibi ipsum iudicare de re sensibili. tertio est ibi ipsa fantasmata que est motus factus a sensu et que sequitur passionem factam a sensibili et iudicium ipsum sensus est tamen aduertendum quod ipsum apprehendere per intellectum potest habere proprium nomen et potest dici intelligere et ipsum iudicare per intellectum potest habere proprium nomen et potest dici sapere sed ipsum pati a sensibili dicitur quodam sentire et ipsum iudicare de sensibili dicitur quodam sentire ita quod non sunt ibi nomina distincta. tria ergo facit philosophus quia primo ostendit quod intellectus non sit sensus quia sapere non est sentire. i. quia iudicare per intellectum non est idem quod iudicare per sensum. sed ostendit quod intellectus non sit sensus quia intelligere. i. apprehendere per intellectum non est idem quod sentire. i. apprehendere per sensum. tertio ostendit quod intellectus non est sensus quia opinio que sequitur apprehensionem et iudicium intellectus non est idem quod fantasmata que sequitur apprehensionem et iudicium sensus. sed ibi sed neque intelligere. tertium ibi fantasmata. n. dicit ergo quod quidem ergo. non idem sit sapere. i. iudicare per intellectum et sentire. i. iudicare per sensum manifestum est quia hoc quidem. i. sentire et iudicare per sensum est in omnibus animalibus. illud autem. i. sapere et iudicare per intellectum est in paucis animalibus. tunc ergo supplenda est ratio quod si sapere. i. iudicare per intellectum non est sentire. i. iudicare per sensum intellectus non est sensus ut antiqui opinabantur. Deinde cum dicit ostendit h. idem alia ratione dicens quod neque intelligere. i. neque apprehendere per intellectum in quo intelligere est recte et non recte. recte quidem est prudentia scientia et opinio vera non recte autem contraria. i. per contraria horum. nam per prudentiam sciam et opinionem veram intelligimus recte per contraria aut horum non recte neque autem hoc. i. neque ipsum intelligere. i. apprehendere per intellectum est idem cum ipso sentire. i. cum apprehendere per sensum quia sensus quod proprium sepe est verus et inest omnibus animalibus intelligere autem peruenit et fit et nulli inest cui non inest ratio. Dubitaret forte aliquis quomodo sensus proprius ipse est verus et non intellectus. dicendum quod sensus et intellectus ut commentator inuit modo opposito comparantur. iste autem modus oppositionis ex. h. sumitur quia aliter intelligit intellectus et aliter cognoscit sensus quia intellectus intelligit formando sibi aliquam preceptionem et aliquam diffinitionem inde est quod nomen et id quod est in uoce est nota et signum eius quod est in mente quia accipiendo diffinitionem large per omni preceptum ratio dicitur signat nomen est diffinitio ut dicitur quarto methaphisica. intellectus ergo intelligit formando sibi diffinitionem aliquam uel preceptionem sed sensus in sentiendo nullum preceptum et nullam diffinitionem format sed solum sentit ex eo quod immutat a sensibili. ex hac autem differentia sequitur quod sensus proprie ad sensibilia corda mediatur sensibilibus

sibilibus propriis. sed intellectus e contrario co-
 parat ad intelligibilia propria mediantibus in-
 telligibilibus cõibus. nam si sensus ex hoc sentit
 quod imitat a sibilibus cõibus non imitat
 sensum nisi mediantibus sibilibus propriis. Sensus
 primo et principaliter sentit sensibilia propria et
 mediantibus illis sentit cõia sed intellectus ut
 dictum est intelligit formando sibi aliquem con-
 ceptum vel aliquam rationem et quod ratio et conceptus
 superiorum et cõium claudit et reseruat in ratione
 et in conceptu inferiorum et particularium vel proprio-
 rum rationum et superiorum priorum est ratione. Intellectus
 et proprio quare si intellectus intelligit for-
 mando sibi rationem et conceptum sicut rationem cõium pri-
 orum est ratione proprio. sic intellectus prius se-
 intelligibilia cõia et mediantibus illis se-
 intelligibilia propria ita quod sunt nobis nota confusa
 magis ut dicitur in primo philosophorum et huiusmo-
 di intelligibilia cõia se habent quasi locus inane
 in domo quem nullus ignorat ut dicitur prometerator
 philosophorum metha. dicam? ergo quod circa illud in quod
 immediate se- potentia directe non cadit error.
 sed magis error cadit circa illa in qua se- me-
 diate et ex parte propter quod apparet veram esse
 nisi iam prometeratoris quod sensus non errat circa sen-
 sibilia propria in qua se- immediate sed magis er-
 rat circa sensibilia cõia in qua se- mediantibus
 sibilibus propriis indicabimus. n. per se sum
 magnitudinem aliquam esse decem pedum quod non
 erit octo pedum. in. h. aut maxime erramus
 per se sum circa sensibilia cõia ut circa hoc quanta
 sit magnitudo. in intellectu autem e contrario ac-
 cidit. nam intellectus non errat circa intelligibi-
 lia cõia in qua se- immediate sed magis errat cir-
 ca intelligibilia propria in qua se- mediantibus in-
 telligibilibus cõibus. est ergo intentio philosophi dicere
 quod sentire. i. apprehendere per se sum non est idem quod in-
 telligere. i. apprehendere per intellectum tuum quod non erra-
 mus circa sensibilia propria erramus autem circa in-
 telligibilia propria tunc et quia sensus in omnibus
 animalibus intelligere autem non in omnibus. tunc er-
 go supplenda est ratio si sentire. i. apprehendere per se
 sum non est idem quod intelligere. i. quod apprehendere per
 intellectum. intellectus non est sensus quod probare vo-
 lebamus. Deinde cum dicitur fantasma. n.
 ostendit quod intellectus non sit sensus quod fantasma
 que sequit ipsum sentire non est idem quod opinio
 que est prima ad intelligere. duo ergo facit quod pri-
 mo ostendit quomodo se habeat fantasma ad se-
 som et ad intellectum et ad opinionem. hoc ad-
 ducit rationes ostendentes quod non est idem opinio
 quod fantasma ibi quod autem non est eadem. dicitur
 ergo quod fantasia enim est et alterum quid a sensu et est
 quid alterum ab intellectu et etiam. h. i. fantasia
 non est sine sensu et sine hoc. i. sine fantasia non
 est opinio. Notandum autem quod cum fantasia sit quod
 dam motus factus a sensu non est idem quod intel-
 lectus quod intellectus non est huiusmodi motus
 nec est fantasia est idem quod sensus cum sit mo-
 tus factus a sensu. advertendum tamen quod.

fantasia non sit sensus tam enim quod est motus factus
 a sensu sine sensu esse non potest. Notandum est
 quod sine fantasia non est opinio. nam nisi esset
 fantasia. et nisi intelligeremus cum fantasia non
 intelligeremus cum discursu sed simplici intuitu
 et clare cognosceremus quidditates rerum
 quare in nobis non est proprie opinio sed scientia
 quibus ergo non inest fantasia nec opinio. rur-
 sus ex eo quod habemus fantasiam alicui rei
 non oportet quod illud sit sed sufficit quod illud ap-
 pareat nobis esse sic etiam ex eo quod habemus
 opinionem non oportet quod illud sit sed sufficit quod
 illud videatur nobis esse sine fantasia. ergo non erit
 opinio quod nisi esset fantasia. per quam potest nobis
 apparere quod non est non est opinio per quam
 posset contingere quod nobis videatur quod non est
 Deinde cum dicitur quod autem non est ad-
 ducit rationes ostendentes quod opinio non sit
 fantasia. circa quod duo facit secundum quod du-
 as rationes adducit. prima ibi amplius autem. dicit
 ergo quod autem non eadem est fantasia. et opinio
 manifestum est quod hec quidem. i. fantasia est passio
 in nobis. i. in potestate nostra est. n. cum volu-
 mus per oculos. i. statim facere. i. formare nobis
 fantasmatam possumus. n. formare nobis per fan-
 tasia. montem aureum vel eneam. ac si esset ante
 oculos nostros sicut positi in recordatiuis id est
 sicut homines cum volunt recordari sunt faci-
 entes. i. formantes sibi ydolum et fant. de re-
 bus preteritis sicut volunt fantasari. ergo est in
 potestate nostra. opinari autem non est in nobis
 i. in potestate nostra quod necesse est falsum aut ve-
 rum dicere. i. necesse est habere rationem falsum
 aut verum dicentem si debeamus aliquid opi-
 nari. Notandum autem quod ratio que facit nos
 opinari. i. possit esse vera et falsa tamen semper
 oportet quod credat esse vera et quod non est in potesta-
 te nostra semper habere talem rationem non est
 in potestate nostra opinari cum volumus. tunc er-
 go supplenda est ratio quod si fantasari quod est in
 potestate nostra non est idem quod opinari quod il-
 lud non est in potestate nostra fantasia non est opinio.
 Deinde cum dicitur amplius autem adducit
 secundam rationem. circa quod tria facit quod primo ad-
 ducit huiusmodi rationem. hoc excusat se quod de-
 terminare sufficenter de istis acceptionibus in-
 tellectus non spectat ad presens negocium. tertio
 epilogat circa determinata. prima ibi sunt autem
 ipius. tertia ibi de eo autem. dicit ergo quod am-
 plius autem cum opinamur aliquid difficile
 aut terribile statim compatimur. i. statim seq-
 tur passio et timor in appetitu. similiter autem
 est et si opinamur aliquid periculandum statim se-
 quitur spes in appetitu per fantasiam autem similit-
 nos habemus sicut si essemus considerantes in
 pictura difficilia et periculosa quod ad tale fantas-
 ma non oportet quod sequatur passio aut spes in appeti-
 tu. Dubitaret forte aliquis quare ad nram
 imaginari non oportet quod sequatur passio in appetitu sed
 ad nram opinari quod ad nram opinari sequatur spes.

9. 169.

143

faga. ad nrm vero imaginari non. dicendum
 qd lz res sint cognite vt sunt in nobis sunt tñ
 volite z appetunt vt sunt in seipis z qz ea que
 opinamur credimus in re sic eē ea autem que
 imaginamur non opz quod credamus in re sic
 eē sed p imaginatōem apparent nobis simili-
 tudines rerum sicut in picturis non apparent
 nobis ipse res sed rerum similitudines. inde ē
 ergo quod fm opinionem mouet appetitus nō
 autez opz q moueat fm apphētionem imagi-
 natuā vel fm fanta. tñ ergo supplenda est rō
 phi q si fanta. que est pñs ad sentire non ē opi-
 nio que ē pñs ad intelligere intellectus non est
 pñs q pbare volebamus. Deinde cum dī-
 cit sunt autem ait q determinare sufficienter
 de istis differentiis z de istis acceptionibus in
 intellectus non spectat ad hunc librum s; ad sex-
 tum ethicoz. id ait q sunt autem differentiē
 ipius acceptionis intellectus sciētia. z opinio.
 z prudentia. z econtraria hoz de quoz differē-
 tia fit altera rō. i. refuet ad. vj. librum ethico.

Ultimo eum dicit de eo autem epilogat
 circa determinata z p̄tinuat se ad dicenda di-
 cens. de eo aut q ē intelligere dictum ē quoni-
 am alterz ē ab eo q est sentire z subdit q huius
 modi aut. i. sequens intellectum z flum aliud
 uidet esse fanta. vt sequens flum. aliud opinio
 vt sequens intellectum z addit q determinā-
 tes de fanta. sic. i. hoc modo dicendum ē z de
 altero. i. de intellectu in quo p̄tinuat se ad dice-
 da qz hoc modo p̄sequet qm prius determina-
 bit de fanta. z postea de intellectu.

h. quatuor v; p flum opionē sciam z intellectu
 id vt fanta. eē aliquod istoz quatuor. Du-
 bitaret forte aliquis qz vt q phūs male. h. dī-
 stinguat intellectu a scia. nam accūs non facit
 numez cū pprio sbo cum ergo scia hāt eē in in-
 tellectu tanq; in sbo non pprie ponit in numez
 cū sbo ipō quare non d; diuidi ē ipm. Di-
 cendum q vt supra tetigimus qñ potentia fer-
 tur in aliqua immediate z in aliqua mediate illd
 in q ferē immediate sortit nomen potētie. illud
 vero in q ferē mediate non sortit nomen potē-
 tie. sed h; aliquod spāle nomen vt qz volūtas
 ferē in finē immediate ipē motus in finē d; vo-
 lūtas motus vero in ea que sunt ad finem sor-
 tit spāle nomen z vocat electio. id d; iij. ethi-
 co. q voluntas est finis. electio vero eoz que
 sunt ad finē sic qz intellectum immediate fertur i
 pñci. mediate vero ferē in p̄clusiones hitual
 cognitio principioz sortit nomen potētie z vo-
 cat intellectus sed habitualis cognitio p̄clu-
 sionum sortit spāle nomen et vocat scia intel-
 lectus. ergo in hoc loco nō accipit p ipa poten-
 tia intellectiua sed p ipa habituali cognitione
 principioz z qz habitus principioz ē distinct⁹
 ab habitu p̄clusionū recte intellectus diuidit ē
 sciam q aut debeat sic intelligi p; p̄ p̄menta.
 qui ait q p intellectu intelligit p̄positiones p
 sciam vero illud quod puenit ab eis p̄positōes
 n. pprie vocant p̄misse vel principia d; n. pro-
 positio quasi p̄ alio positio huiusmodi aut sunt
 p̄misse que ponunt p̄ alio vt p̄ p̄clusionē ea at
 que sequunt ex ipis sunt p̄clusiones intellect⁹
 ergo q accipit penes p̄pōnes accipit penes p̄n-
 cipia z ē habitus principioz. scia vero q accipi-
 tur penes ea que secūt ex eis accipit penes cō-
 elusiones z ē hitus p̄clusionū. ex. h. at p̄t appa-
 rere mens phi cum ait q fanta. accepta pprie
 videt eē aliqua potentia aut aliquis hitus d
 numero illoz quatuor. fecit. n. mentōem d po-
 tentia z hitu qz inter illa quatuor aliquid cō-
 numerat q ē potentia vt flus aliquid vero q
 est hitus vt scia et intellectus. Alterius
 forte dubitaret aliquis qz cū phūs non accipiat
 hic intellectu p potentia sed intellectu sciam z
 op̄tionem accipiat p̄ hitis que hāt esse in po-
 tentia intellectiua. videt q fuerit insufficiens
 qz multi alii hitus ab istis hāt eē in intellectiua
 potentia. nam in intellectu ē prudētia. sapien-
 tia. z plura alia que enumerare non expedit.
 quare si sepat phūs fanta. ab intellectu scia z
 op̄ione debuit eam separare a sapientia. pruden-
 tia. z ab aliis hitibus intellectualibus. dō
 q; fm quosdam ideo phūs facit mentōem de
 hitis z non de aliis hitibus intellectualibus qz
 suotpe nūdum erant sciti illi alii hitus sed ipē
 postea in. vi. ethico. vbi determinat de habiti-
 bus intellectualibus. facit de eis spāle capim.
 possumus tamen aliter dicere. nā omnes hit⁹
 intellectuales z omnes acceptōes vel omnes
 differētie eoz que sunt in intellectu aliquo mō
 dantur

lec 31.

Igitur fanta. ē zc. Postquā phi-
 losophus separauit flum ab intellectu
 in parte ista sepat fanta. ab intelle-
 ctu. sepando aut fanta. ab intelle-
 ctu gratia huius sepat fant. ab omnibus aliis
 circa q tria facit. qz primo enumerat quatuor
 que vñz eē fanta. z cum quibus fanta. videtur
 habere aliqualem puenientiam. p̄ ostendit q
 nullum hoz est fanta. tertio inuestigat z inquirit
 quomodo habeat eē fanta. z quid sit fanta.
 Sa sibi q quidē igit. tertia ibi sed qm ē motu. h.
 dicit ergo si igit. est fanta. fm quam aliquid
 fanta. i. aliqua apparitōem z aliquid idolū dī-
 cim⁹ nobis fieri z si fant. non dicimus quod sit
 aliquid fm methaphorani. i. si fanta. non acci-
 pit methaphorice sed pprie ē vna quedā potē-
 tia hoz potentiarum aut ē vnus hitus fm
 quā potētiā vel fm quē hitum discernimus
 aut verū aut falsum. dicimus aut quod h; i sūt
 flus. opinio. scia. z intellectus. Notandum
 aut q omnis illa virtus p quaz apparēt nobis
 aliqua est virtus p quā discernimus aut verū
 aut falsum. fanta. aut si accipiat pprie cū dica-
 tur a phanos quod ē apitio ē virtus p quā no-
 bis apparent fanta. et idola opz quod fant. sit
 aliqua virtus p quā discernimus aut verū aut
 falsum z qz verum aut falsum discernimus p

danſ intelligi p̄ hec tria. v3 p̄ intellectū. ſciam
 ⁊ opionem. nam omnis cognitio intellectus v̄
 eſt dubia vel eſt certa. ſi eſt dubia daſ intelligi
 per opionem. ſi aut̄ ſit certa uel erit de princi-
 piis ⁊ tunc datur intelligi per intellectum uel
 eſt de ꝑcluſionibus ⁊ tūc daſ intelligi per ſciam
 q̄ aut̄ ſit tanta diuerſitas habituū intellectua-
 lium eſt q̄ tam reſpectu principioꝝ q̄ eſt conclu-
 ſionum poſſunt accipi diuerſi hitus q̄ diuerſa
 ſunt genera principioꝝ q̄ quedā ſunt principia
 agibiliū q̄dā ſpeculabiliū ſic ⁊ ꝑcluſionū q̄dā
 ſunt de factibilibus quedā de agibilibus que-
 dam de ſpeculabilibus. ſm. h. ergo ex pte itel-
 lectus erit ars que eſt recta rō factibilium ⁊ pru-
 dentia que eſt recta rō agibilium ⁊ ſcia que pōt
 dici recta rō ſpeculabiliū ſic ergo diuerſificādo
 principia ⁊ cōcluſiones. multo plura ſe tenent
 ex pte intellectus q̄. h. enumerent̄. ſ3 tamen
 omnia illa aliquo modo danſ intelligi per illa
 q̄ ois certa cognitio principioꝝ daſ intelligi
 p̄ intellectū omnis certa cognitio ꝑcluſionū da-
 tur intelligi p̄ ſciam ois cognitio intellectua
 ſi ſit dubia daſ intelligi p̄ opionem. Alteri-
 us forte dubitaret aliquis quare maxime de
 his quatuor v3 de intellectu. ſcia. opionem.
 ⁊ ꝑſu mentionem fecit. dicendū q̄ vt cōiter po-
 niſ hec quatuor virtutes cognitive poſſime no-
 te erant apud antiquos. ⁊ hoc ppter opionem
 platonis qui reduxit. h. quatuor ad numeros
 nam intellectū dixit habere rōnem vnius ſciaꝝ
 duoz opionem vero trium. ꝑſum vero quatu-
 or q̄ quō ſit in primo libro declarari h3 vbi. h.
 pō recitat̄. Deinde cum dicit q̄ quidē igiſ
 poſtquā enumerauit illa quatuor que quis for-
 te crederet fanta. eē modo in pte iſta offendit
 q̄ nullū illoꝝ eſt fanta. circa q̄ tria facit q̄ p̄io
 offendit q̄ fanta. non eſt ꝑſus. ſo quod non eſt
 intellectus nec ſcia. tertio pbat q̄ non ſit opio
 ſa ibi at vero neque. tertia ibi. relinquit̄ ergo.
 circa primū. v. facit ſm quod quinqꝝ ratōes
 adducit. ſa ibi poſtea ſm potentia. tertia ibi ſi
 vero ei. quarta ibi poſtea hii quidem. quinta ibi
 amplius autem. dicit ergo quod quidem igiſ
 fanta. non ſit ꝑſus. manifeſtum eſt ex hiis quia
 ꝑſus quidem aut eſt potentia aut actus vt vi-
 ſus id eſt virtus viſua nominat ꝑſum in poten-
 tia ⁊ viſio. i. actus videndi nominat ꝑſum in
 actu fantaſiaſ autem aliquis nullo horū exi-
 ſtente vt apparet in fanta. que eſt in ſomnis.
 Notandum autem rōnem p̄hi in hoc confi-
 ſtere q̄ per fanta. apparent nobis aliqua i ſom-
 nis ſed nec p̄ ꝑſum in actu nec p̄ ꝑſum in poten-
 tia apparent nobis aliqua in ſomnis. ergo fan-
 ta. non eſt ꝑſus in actu nec in potentia. No-
 tandum etiam q̄ p̄ ꝑſum in actu nihil apparet
 nobis in ſomnis quia ꝑſus non ſunt in actu ſuo
 dum dormimus. imo nobis dormientibus li-
 ganſ organa ſitua ⁊ ligant̄ ꝑſus noſtri nec eti-
 am per ſe ſum in potentia apparent nobis ali-
 qua in ſomnis quia ꝑſus in potentia ſm q̄ h̄i

eſt nihil nobis reſentat. Notandum etiaꝝ
 quod ſi fanta. accipiaſ proprie. nec eſt ꝑſus nec
 opio nec aliquid illoꝝ quatuor i3 forte hāt
 aliquam conuenientiam cum eis ⁊ videat̄ eſſe
 aliquid illoꝝ quatuor. tamen ſi accipet̄ fan-
 ta. methaphorice ⁊ large p̄ omni illa potentia
 vel omni illo habitu p̄ quem apparet aliquid
 nobis omnis cognitio noſtra eſt aliquo modo
 fanta. quia p̄ omnem talem cognitionem nob̄
 ſemp apparet aliquid et inoteſcit. Dein-
 de cum dicit poſtea ſm potentiam adducit ſe-
 cundam rōnem dicens quod ꝑſus quidem ſm
 potentiam ſp̄ a deſt viuentibus ⁊ non orbatis
 i. non priuatis illo ꝑſu. nam quandiu homo n̄
 priuat̄ ꝑſu viſus tādū in eſt ei potentia viſua
 viuentibus ergo ſp̄ in eſt ꝑſus in potentia. fan-
 ta. autem non in eſt. ſp̄ ergo non eſt idem ꝑſus
 quod fanta. Notandum autem quod hec q̄
 que rationes p̄bantes fanta. non eē ꝑſum non
 eodem modo. h. ꝑcludunt. nam p̄ia p̄bant q̄
 fanta. non erat ꝑſus in actu nec in potentia. h.
 autem p̄bat quod fanta. in actu non eſt idē q̄
 ꝑſus in potentia quia fanta. in actu non ſemp
 in eſt animalibus ſed ſenſus in pote-
 tia eſt ſp̄ eis niſi forte priuarent̄ vel orbarent̄ illo ſenſu
 verum q̄ non orbari poſſunt omni ſenſu q̄ q̄
 diu viuunt tādū in eſt eis ſenſus tactus. ergo
 ſemp in eſt animalibus quandiu viuunt aliq̄
 ſenſus in potentia ⁊ non ſp̄ in eſt eis fantaſia. i.
 actu ergo non eſt idem. h. quod illud. Dei-
 de cum dicit ſi vero ei adducit ad. h. tertiam
 rōnem oſtendens quod fanta. non eſt idem q̄
 ſenſus in actu dicens. ſi vero ſupp̄ fantaſ. eſſet
 idem ei quod eſt in actu. i. eſſet idem quod ſen-
 ſus in actu ꝑtingeret vtiqꝝ omnibus beſtiis in
 eē fanta. q̄ omnibus beſtiis ꝑtingit aliquando
 iueſſe ſenſum in actu. ſed videſ ſup̄ fanta. ſi
 in eſſe omnibus beſtiis vt formice aut api. aut
 vermi. Notandum autem quod i3 hec rō
 adducat̄ ad p̄bandum quod fanta. non ſit ſen-
 ſus in actu. arguit tamen q̄ nec ſit ꝑſus in actu
 nec in potentia q̄ ſi fan. non in eſt oib̄ beſtiis q̄
 non in eſt animalibus imperfectis vt api ver-
 mi ⁊ formice ꝑſus autem in actu ⁊ in potentia
 ſitua in eſt omnibus beſtiis. ergo nullam ho-
 rum eſt fanta. Dubitaret forte aliquis quis
 videſ p̄h̄s implicare oppoſitum in adiecto.
 q̄ ait quod non omnibus animalibus in eſt fan-
 ta. ſicut ꝑſus. cum. n. fanta. ſit motus factus a
 ꝑſu non videſ poſſibile quod aliquibus anima-
 libus inſit ꝑſus quibus non inſit fanta. p̄te-
 rea ſupra principium ſi. volebat p̄h̄s quod q̄bus
 ꝑſus in eſt. in eſt fanta. ⁊ appetitus. Dicēdū
 quod ut cōiter ponit̄ fanta. eſt duplex. determi-
 nata ⁊ indeterminata. indeterminata quideꝝ
 eſt motus factus a ꝑſu ⁊ in eſt omnibus q̄bus
 in eſt ꝑſus. ſed fanta. determinata non in eſt ni-
 ſi animalibus perfectis ppter quod multis ai-
 malibus in eſt ꝑſus quibus non in eſt talis fan-
 taſ. argumenta autem ꝑcedebant viis ſuis.

Alterius forte dubitaret aliquis quod si d
verme possimus substinere quod non habeat
fanta. determinatam de formica tamen et ape
que nris agere opera prudentie et in estate nris
gregare grana per hiemem ut videtur si possu
mus substinere quod non habeant fanta. defmia
tam ad. h. autem rident aliqui dicentes quod
formica et apis agunt ex quadam inclinacione
naturali non quod ex imaginatione futuri ali
quid faciunt. unde ut dicitur: non fanta. nisi quan
do mouentur et dum mouentur a sensibili exte
riori et quod sic fantasiari est habere fanta. indeter
minatam. ideo ut aiunt talia animalia indeter
minatam habent fanta. sed hec non videntur
sufficere. quod agere ex inclinatione naturali et ex i
structu nature omnibus puenit bestiis. sed qua
omnes bestie non directe dominant suis acti
bus sed magis agunt quam agant secum. enim in
suis opibus inclinacionem factam a diuersitate
celestis motus vel inclinacionem factam ab i
nstructu nature sed per tanto dicitur vna bestia et
vnum irrationabile animal habere fanta. def
minatam et non aliud. quod aliquibus animalibus
abeuntibus sensibilibus fiunt fanta. et possunt imagi
nari non possunt sensibili aliis vero non fit fanta. ni
si cum actu mouentur ab exteriori sensibili ita quod
in eis fanta. non est determinata et distincta sed
solum est motus factus a sensu. cum ergo apis in
sit memoria per quam reuertitur ad locum vbi
fabricare incepit et cum formice insit memo
ria per quam reuertitur ad foueam vbi incepit con
gregare frumentum cum memoria sit abstractius
et peritorum poterunt. h. imaginari et fantasi.
abstractibus sensibilibus quare vris habere deter
minatam fanta. et propter hoc pmen. hanc diffi
cultatem vris aliter enadere dicens quod si cu
rat philosophus de exemplis. nam in libro po
rum ponit quod exempla ponimus non ut ita sint
sed ut sentiat qui discit. possumus tamen aliter
dicere quod apes et formice non habent simpliciter
fanta. determinatam. nam habere fanta. def
minatam tunc proprie puenit quasi nec possunt sensibi
libus nec possunt eis que directe ordinantur
ad sensibilia illa possumus imaginari et fanta. d
sensibilibus illis apes ergo si habent fanta. de loco
vbi fabricare incepit sed ille locus sit ab eis
tamen hanc fanta. habent dum sunt in proprio
exercitio. et dum sunt propria sensibilia illa que or
dinantur ad huiusmodi fabricam sed si posita ex
tra exercitium et extra locum fabricae abs
que imitatione facta a fabrica vel ab exteriori
exercitio quod ordinantur ad fabricam inciperent d
fabrica habent memoriam et imaginantur et fanta
fiunt qualiter deberent fabricare non posset
hoc eis contingere nisi haberent determinatam
fanta. et quod. h. non inest apibus nec formicis non
dicuntur habere fantasiam determinatam. sed
indeterminatam. Deinde cum dicitur po
stea hi quidem adducit ad hoc quartam ratio
nem dicens quod hi quidem. s. sensus circa p

primum obiectum semper sunt veri. fanta. autem
ut plures sunt false. ergo fanta. non est idem
quod sensus. Deinde cum dicitur amplius autem
adducit ad hoc idem quintam rationem dicitur
amplius autem cum per sensum operemur.
certe circa aliquod sensibile non dicimus quo
niam hoc sensibile videtur nobis homo. sed ma
gis hoc dicimus cum a remotis vel in tenebris
non manifeste sentimus. tunc autem est verus aut
falsus sensus. sed supple cum manifeste fanta
siamur non dicimus sic esse sed sic apparere.
ideo sequitur et quod quidem diximus id est et
ut quidem diximus vel et sicut quidem dixi
mus apparent et dormientibus visiones et fan
tasie. et tunc certum est quod fantasiantur. sed
non est certum sic esse sed sic apparere. Mo
tandum autem vim rationis huius in hoc con
sistere. quia quando certe sentimus certe possu
mus dicere sic esse non solum sic apparere. sed
in sompnis certum est quod fantasiamur et
non possumus certe dicere sic esse sed sic appa
rere. ergo fantasia non est idem quod sensus.

Motandum etiam est quod licet sensus cir
capprium sensibile et ut est indebita distantia
et ut concurrat ibi debitum lumen non decipia
tur sed semper sit verus. tamen circa non p
primum sensibile ut circa sensibile per accidens
ut circa hominem vel capram. et maxime si sit
in nimis remota distantia vel si sit in tenebris
non semper est verus sed aliquando est verus
aliquando falsus. et tunc non sentimus certe sed
dubitamus de sensibili et dubitando de eo non
dicimus certe illud esse hominem aut capram
sed sub dubio loquimur quod videtur nobis
homo vel capra. Deinde cum dicitur at ve
ro neque ostendit quod fantasia non est intelle
ctus nec scientia. et quia planum est eam non
esse nec scientiam nec intellectum. ideo breui
ter de hoc se expedit dicens at vero supra fan
tasia neque erit vna virtus vel vnus habitus
de numero semper dicentium vera ut non erit
scientia aut intellectus quia fantasia est falsa
id est potest esse falsa. est ergo vis rationis sci
entia et intellectus sunt semper vera. fantasia
potest esse falsa et vera ergo etc. Deinde cum
dicitur relinquatur igitur videre ostendit quod
fantasia non sit opinio. et quia hoc videtur ma
gis dubium. ideo circa hoc magis insistit cir
ca quod duo facit. quia primo ostendit quod fa
ntasia non est opinio simpliciter sumpta. secun
do declarat quod non est aliquid compositum
ex opinione et sensu ibi manifestum. ergo qua
niam circa primum duo facit secundum quod
duas rationes adducit ad propositum. secun
da ibi amplius si enim continetur autem sic
ostensum est quod fantasia nec est sensus. nec
scientia nec intellectus relinquatur igitur uide
re si sit opinio. habet enim fantasia puenientias
cum opinione quod sit opinio vera vel falsa sicut su
ple et fanta. sed opinioni quod inheret fides quia non
contingit

ptingit opinantem non credere ea de quibus videtur opinari. bestiarū aut nulli inest fides multis autem bestiis inest fanta. tūc ergo sup plenda ē ratio q si opinio nulli inest cui nō iest fides fanta. autem multis animalibus inest cui non iest fides ergo hoc non est illd. De inde cum dicit amp aut adducit scdam rōnez dicens q amp. si oēm opinionē sequit fides. si dem aut sequit suasum. i. persuasum esse suasi onem aut sequit rō bestiaz autē quibusdam fanta. qd inest illud vero. i. ratio nō iest alicui bestiaz. ergo fanta. nō est opinio. Notandū aut q nullus opinat aliquid nisi per aliquam rōnem psuadeat sibi quare sit illud r qz ad p suasum eē sequit q quis credat r qz adhibeat si dem ei q est ei persuasum opinio non est sine fide r rōne ergo sicut prima ratio pbat fanta. nō esse opinionem qz multis inest fanta. quibz nō iest fides. ita. h. ratio pbat fanta. nō eē opinionem qz opinio nō est sine rōne r multis iest fanta. quibus nō inest ratio. Deinde cuz dicit manifestuz ergo quoniam ostendit q fanta. nō est aliquid ppositum ex opinione r sensu. circa q tria facit qz primo ostendit quot modis potest intelligi q fanta. sit quid ppositum ex opinione r sensu. secūdo declarat quomodo pbabiliori modo pōt. h. poni. tertio pbat q ipossibile sit fanta. esse aliquid sic ppositum ex sensu r opinione. Pa ibi r manifestum. tertia ibi apparent autem. dicit ergo q manifestum est qd propter. h. i. ppter ea q dicent fanta. neqz erit opinio cum sensu. neqz opinio per sensum neqz copulatio opinionis cum sensu. Notanduz autē q tribus modis pōt intelligi q fanta. sit pposita ex opinione r sensu. primo q sit opinio cum sensu. i. q sit opinio eēntialiter r habeat sensum ānexum. so. h. pōt intelligi q sit opinio per sensum. i. q sit sensus eēntialiter r habeat opinionē ānexam. tertio mō pōt intelligi q sit pplexio opinionis r sensus. i. q sit vtrūqz eēntialiter. sed neutz istoz est possibile esse fanta. eēntialiter fanta. ergo nec est opinio cāta a fsu nec est sensus cātus ex opinione nec ē eēntialit opinio et sensus. Deinde cū dicit r manifestum postq enumeravit modos quibus pōt intelligi q fanta. sit composita ex opinione r se su. h. ostēdit quō pbabiliori modo possit. h. poni dicens r manifestuz ē q fanta. nō est alia q dam opinio ab ea cuius ē sensus sed ē illa que ē quidem cuius ē r sensus dico autem q si fantasia ē complexa ex opinione r fsu. r fsu erit ex opinione albi r ex sensu albi. nō eniz est ex opinione qdem albi ex sensu autēz boni. id pcludit q apparet igitur sup fanta. esse opinari illd qd non sentitur secundum accidens. nam si aliq opinio coniuncta cum sensu facit fanta. oportz q sit de illo eodem de quo est sensus per se r nī fm accidens. Notandum autēz quod si sensus r opinio faciunt vnuz aliquid vt fantasiaz non potest. h. ita probabiliter poni sicut referendo sensum r opinionem ad idem obiectuz

